

CALLIMACHI

HECALE.



Interea medias fallunt sermonibus horas. Colloquia seren-
tem cum Theseo Hecalen, Theseum cum Hecale, aliquoties
audire mihi visus sum, dum lego Fragmenta Callimachi. Ea
colloquia, quum apparatus coenae, coenamque ipsam, uno
narrationis tenore, non interrupta sermonibus insertis serie,
decucurrisset probabile sit, partim ante coenam partim post eam
collocabimus. Itaque differt aliquid inter Callimachum et
Ovidii versum, quo decorare capitis huius initium volui.

Quae in ipso adventu Thesei, ante coenam, dicta fue-
rint, conieci Cap. V. p. 539. seqq. Quibus nunc addo Fragm.
XLIX.*

ναὶ μὰ τὸ ξικνὸν

οὐφαρ ἐμόν, ναὶ τοῦτο τὸ δένδρον ἄδον ἐόν περ.

ad quod fragmentum Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 179. δέν-
δρον *baculum* esse, quo Hecale nitebatur, animadvertit, du-
ctumque esse locum ex Homero Il. I. 254. *ναὶ μὰ τὸδε σικ-
πτρον, τὸ μὲν οὐποτε φύλλα καὶ ὄζους φύσει.* Observetur
singularis iurandi simplicitas, ne humilitatem dicam, *per
suam cutem, per baculum.* In qua poeta haud dubie aliquid
Hecalae proprium inesse voluit. Vulgo, ut fert natura rei,
per sacra iurabant: quo etiam pertinet, quum per suum se-
pulcrum mortua: Dioscorid. Epigr. XXVI. 5. Aut per res
magnas, ut Achilles per sceptrum, alii per hastam; per
caput oculosve. In hymno Mercurii Homericō 460. Apollo:

ναὶ μὰ τὸδε κρανέϊρον ἀκόντιον. At *per suam cutem, fere ridicule sonat.* Sed ita consulto, ut dixi. Non prorsus dissimilis simplicitas Hymni apud Nonnum ita iurantis: *ναὶ δαμάλη, ναὶ μύσχε*, XV. 262. iterumque 271. Ut taceam *Παδαμάνθου ὄρον*, Lamponis, Socratica illa, et quae statim suppeditat Suidas: *ἐπὶ χλευασμῶ* dictum, *ναὶ ναὶ μὰ μῆκωνος γλόην*, per ianuam, ex Menandro; et Aristophanea Av. 194. 1555. 1611. *σῶφαρ* Siculum primitus vocabulum, ut aiunt, Sophroni usitatum, illustrant Toupius Emendd. in Hesych. P. I. p. 277. Schneiderus ad Schol. Nicand. Alexiph. 91. et accentum quod attinet, Bachmannus ad Lycoph. 795. Eiusmodi cutem describit Apollonius: *πίνω τέ οἱ αὐσταλέος χρώς ἐσκήκει, ῥινοὶ δὲ σὺν ὄστέα μούνον ἔεργον*, II. 200. ubi est etiam baculi mentio, et *ῥινοῦς* vocabulum, illustratum ibi a Brunckio ex Oppiano Hal. V. 595. Iuliano Aegyptio Epigr. XXVII. et exemplo Apollonii altero I. 669. *γῆραὶ δὴ ῥινοῦσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσι, βάκτρον ἐρειδομένη.* Add. Oppianus V. 406. Cyneg. II. 346. *ῥικνήεν γῆρας* Nicander Ther. 137. et *γῆραὶ ῥικνήεντι*, fortasse e Nicandro, Christodorus *Ἐκφρ.* 340. Addam scriptores epigrammatum: Leonid. Tar. XXXVII. 6. LXXVIII. 7. Zonas Sard. VI. 2. Hymn. in Bacch. Anal. Br. II. p. 517. (Anth. Palat. T. II. p. 186.) 18. *ῥικνώδεα*, Agathias XIII. 4. (Anth. Pal. T. I. p. 168.) *γῆραὶ ῥικνώδης* ex emend. Iacobsii, *Ἀδεσπ.* CCLXXIII. 5. Epigr. Syllog. Welcker. 54. p. 79. Denique Gregorius Theologus, qui Nazianzenus dicitur, Carm. I. 307. et saepe alibi. Et de verbo *ῥινοῦν*, *ῥινοῦσθαι*, Intpp. Moeridis p. 335. sq.

Fragmentum Callimachi XLIX*. priori colloqui parti, quae fuit in ipso adventu Thesei, ante coenam, propterea assignavi quod melius *ναὶ τοῦτο τὸ δένδρον [αὖτον ἐόν περ] tum dicitur*, quum nondum deposuisset baculum. Quamquam sentio id argumentum non esse inexpugnabile.

Similitudinis causa subiicio neglectum Bentleio Fragm. CCCXXX.*

ναὶ μὰ τόν.

Male ibi haec proferuntur tamquam Suidae verba: Καλλιμαχος Ἐκάλῃ εἶπε· ναὶ μὰ τόν. Suidas in Ναὶ μὰ τό primo illud fragmentum Hecales, ναὶ μὰ τὸ δεικνόν σῶρα etc. apponit; deinde, aliis interiectis, pergit: καὶ Ἐκάλῃ εἶπε· ναὶ μὰ τόν· καὶ οὐκ ἐπάγει τὸν θεόν. ἔνθιμιζει δὲ ὁ λόγος πρὸς εὐσέβειαν. sic, Ἐκάλῃ, non Ἐκάλῃ. Recte Hemsterhusius apud Gaisfordium: *Hecalen intellige sic locuturi apud Callimachum, in cuius fragmentis has voces omiserunt.* Quando autem, et qua occasione, non definio. Dixeris, quum bis iurantem habeamus, ναὶ μὰ τὸ δεικνόν etc. et ναὶ μὰ τόν, usitatum Hecalae Callimacheae, et propriam quasi senili consuetudini notam fuisse, iurare. De iurandi modo elliptico, ναὶ μὰ τόν, οὐ μὰ τόν: Iacobsius in Anth. Gr. Animadv. Vol. I. P. II. p. 330. et quos laudat idem Vol. II. P. III. p. 89. Add. Valckenar. Callim. Eleg. Fr. p. 21. Excitantur autem testes praecipue hi: Aristophanes, et scriptores Epigrammatum Philodemus, Strato, Diogenes Laertius vel poeta apud Diogenem, Anth. Pal. T. I. p. 338. Add. Agathias LXXXVIII. (A. Pal. T. I. p. 474.) 2.

Vix dubitaverim quin Hecale dixerit, etsi ubi dixerit nescio:

γοῆες ἐμέν.

Sic, non ἐμεν: Fragm. CCXCIV. quod Eustathius ad Odys. III. 71. p. 1457, 50. ex Aristarcho refert. Et habet Herodianus π. μονήρους λέξι. p. 24, 3. Quibus nunc accessit cuius sunt Ἐπιμερισμοὶ Homericī in Crameri Anecdolis Graecis Vol. I. p. 207, 18. in v. Ἴστω: — παρὰ τὸ εἶναι τὸ παραγωγὸν ἐμὲ, τὸ πληθυντικὸν ἐμέν· γοῆες ἐμέν ὁ Κυρηναῖος Καλλιμαχος, ἀντὶ τοῦ εἰμέν· τοῦ ἐμέν τὸ προστακτικὸν ἔστι, καὶ πλεονασμῶ τοῦ εἶσθι· Ἐκαταῖος· ἐνθάδι (sic) εἶσθι· ὅπερ οἱ Ἀπτικοὶ ἴσθι κατὰ τροπήν, ὥσπερ τὸ εἶσθω ἴσχε· ἴσχε τέκος μὴ πῖθι. Quorum postremum una cum Choerobosci, ab eodem Cramero editi, Vol. II. p. 250, 8. observatione (si

tamen ea ad Callimachum spectat) de v. πῖθι, adhibendum ad superiorem disputationem nostram Cap. V. p. 539. Ἐμὲν quod attinet, e grammatico Cramerī illustrandus Etymologus in εἶναι et ἔστω: non dubium enim quin eundem velit locum Callimachi. Cf. et Favorinus tam in Lexico v. Ἐμὲν, quam in Eclogis p. 169, 36. p. 172, 11. ed. Dind. De ἔμὲν Sophocleo multa est dubitatio. Dicit autem Hecale: γρηῆς ἔμὲν, aut de se sola, anus sum, insolenter; aut aliquid tale: nos quotquot anus sumus. Subiicio fragmentum, quod sola coniectura ductus Ruhnkenius Epist. Tittm. p. 21. Callimacho tribuit, posuitque inter Fragmenta Callimachi Blomfeldius, CCCCLXXXV. Suidas: Ἀείπλανα· πεπλανημένα, πλύρα, πλήρη φλυαρίας.

ἀείπλανα χεῖλεα γρηῆς.

Si enim e Callimacho, de quanam anu prius cogitabitur quam de Hecale? Atque haec sententia Ruhnkenii fuit haud dubie. Ne quis, quod verba quidem per se ambigua permitterent, errantia labra, i. e. senili infirmitate, ut sit, tremantia, insuavem imaginem, excogitet, Suidas cavet explicatione sua. Itaque sermo erit de se monentis: *fiat ille garrit vetula*. Contrarium, fortasse factum ad similitudinem Callimachi, Nonnus: χεῖλεσιν ἀπλανέεσσι, Evang. Ioann. III. 11. Aliud dignum Callimacho vocabulum fragmentumque est apud Etymologum p. 83, 49. Suidam in Ἀμύγαλος, et Zonaram p. 143.

ἀμύσαλλοί τε γέροντες.

Fortasse ex sermone Hecales. Etsi Hecale ipsa quam minime ἀμύσαλλος fuit.

Ἐποχορισμῶν, quos aliquis exspectet, Hecales nullum superesse vestigium in Fragmentis Callimachi monui Proleg. p. 7. Neque in propriis nominibus neque in aliis. Videbar mihi Θεοσείδιον legisse apud aliquem grammaticum. Nisi somnium fuerit: non reperio enim locum. Sane quo pueri maxime puellaeque (Etymol. M. p. 782, 39.) delectantur, usus

ὑποκοριστικῶν, neque anum dedecet, et poluit modicus quidem placere in carmine. Verbum quo ea in re Plutarchus utitur: — Ἐκαλίνην ὑποκοριζόμενοι, διὰ τὸ κἀκείνην νέον ὄντα κομιδῇ τὸν Θρησία ξενίζουσαν ἀσπάσασθαι πρεσβυτικῶς, καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοιούτους ὑποκορισμοῖς, facit ut recorder Fragmenti Callim. CCCXXVII.

ἀσπαστός.

ex Suida: Ἀσπαστοί. — παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ ἀσπαστός, ἀσπαστύος· τουτέστι, προσηγορία φιλία. Sed quis unum quoddam vocabulum in Hecale fuisse, non alibi, praestet? Et quis, ut fuerit ibi, locum praestet? Veluti aptum ἀσπαστός loco superiori, ubi primum salutatum esse ab Hecale Theseum narro. Ἐκαλίνης appellatio si fuit in poemate, id quod credo, fuit in extremo poemate. Blandientis sunt, sed eadem verissima, si reputes anum agere cum iuvene, τέκος, in illo ἴσχε τέκος, μὴ πῖθι, et mox proferendum τέκνον.

Haec ego, ni fallor, satis probabiliter omnia. Etsi iusunt dubia, sed quae ipse fassus sum esse dubia. Nunc, antequam ad alia, quorum commune quoddam fundamentum est, accedam, nonnulla inseram prorsus incerta. Sunt enim in reliquiis Callimachi nonnullae tam generales tamque habiles omnem in partem sententiae, ut merito ineptum dixeris, si quis Hecales esse sententias, non alius cuiuspiam personae Callimacheae, contenderit. At neque hoc quisquam contenderit, non esse Hecales. Talis est gravis sententia, et venuste enunciata, in Fragmento quod Ernestio Ruhnkenius (Epist. Tittm. p. 117.) indicaverat, CCCXXVIII.

ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσαι

ἀκλαυτεὶ μερόπεσσι δῖζυροῖσιν ἔδωκε.

ἀκλαυστί unus testis, commendante Boissonadio Callim. p. 214. et ante ad Herodian. Epimer. p. 257. Sed tamen alter auctor, Schol. Victor. Homer. Iliad. VI. 484. Heynio et Bekkero testantibus, ἀκλαυτί (ap. Blomfield. ἀκλαυτεί) habet. Et in hymno Dian. 267. ἀκλαυτεί libri, quos quidem novi-

mus, omnes. Ut, Callimachum quod attinet, fere haec tantum dubitatio restet, utrum ἀκλαντεῖ an ἀκλαντί. Quod enim alibi significavi, aliquid cerni inter Hymnos et carmina poetae alia differentiae, et singularia, audacter dicta, minori numero in Hymnis fuisse quam alibi: id non spectat ad tam minutam differentiam, ἀκλαντί (sive ἀκλαντεῖ) et ἀκλανστί; neque credibile est, alium colorem uni carmini ex ἀκλαντί (s. ἀκλαντεῖ) alium carmini alteri ex ἀκλανστί quaesivisse poetam. Ἀκλανστί Suidae (et Apollonii Dysc. Exc. p. 434, C.) e Callimacho esse quis pro certo affirmet? Cf. Blomfieldio annotata in Gloss. Prom. Aesch. 216. Et de ἄκλανστος an ἀκλαντος, quae cognata quaestio, docte diligenterque, ut solet, exponentem Ellendtium in Lexico Sophocleo. Ad sententiam Fragmenti CCCCXVIII. propius etiam quam laudati Ruhkenio Apollonius IV. 1165. Ovidius Metam. VII. 453. accedit Quintus Smyrnaeus VII. 635. ἐπεὶ οὐποτε φῶλ' ἀνθρώπων νόσφι γόου ζῶουσι, καὶ εἴ ποτε χάσμα φέρονται. Caeterum non necesse est, a persona hoc dici poetica, ἐπεὶ θεός etc. Fortasse pronunciata a poeta ipso inter narrandum sententia est, Ut similes illae Apollonii, Ovidii, Quinti. Aliud est, restitutum a me olim Fragmentum CCCCLI. (coll. Ruhken. Epp. Titin. p. 116. et Etymol. Gud.) :

ἄκκῶσον ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀπενθέες, ὅσσον ἀκονή] εἰδυλῆς.

Quo etiam spectant, si qui alii εἰδυλῆς vocabulum laudant grammatici, Etymol. M. (Hesych. c. intpp. in Εἰδυλος et Εἰδυλή) Suidas, et (e corrupto Suida, vel simili Suidae lexico) Zonaras p. 629. Moschopulus Titzii p. 51. tum Suidae glossa: Ἀπενθέες· ἄπειροι, ἀπαίδευτοι, quo modo, post Callimachum, ἀπενθέες dictum Dionysio Perieg. 194. Theophrani Anth. Palat. T. II. p. 600. et ἀπενθής Epigr. ἀδασπ. CCCCXCV. (A. Pal. T. II. p. 717.) 1. Nonnus Evang. Io. I. 31. ubi sane melius ἀπενθέα λαόν quam quod alibi apud

eundem legitur ἀπειθεῖα λαόν. Aliud, Fragm. CCLXXIII. (Valck. Call. Elegiar. Fr. p. 297.) elegantissime dictum:

τί δάκρυον εὖδον ἐγείρεις;

Aliud est nondum relatam in ordinem Fragmentorum Callimachi, apud Diomedem Bekkeri Anecd. Gr. II. p. 946, 17. et quem Diomedem nuper admoverunt Lexicographi, Suidam v. Βάλε:

βάλε μοι βάλε τὸ τρίτον εἶη.

expressum ex noto multumque celebrato Alcmanico: βάλε δὴ βάλε κήρυκος εἶην. Cognatum ἀβάλε, e. g. in Callim. Fragm. CCCCLV.

ἀβάλε μῆδ' ἀβόλησαν:

dividendum esse, ἃ βάλε, nunc idonea auctoritate Herodianum apud Choeroboscum Cramerum in Anecd. Gr. Vol. II. p. 183, 1. (cf. Vol. I. p. 265, 1. Bekker. Anecd. Gr. II. p. 946, 9. 14.) constat. Etsi facile largior Boissonadio in Callim. p. 216. fuisse et ἀβάλε in usu, maxime recentiorum. Alia dictionis huius, ἃ βάλε s. ἀβάλε, exempla, et quo quasi tramite a docto poeta Alexandrino usque ad observatum a me Cap. II. Apollinarem et recentissimos, non sine significationis varietate, devenerit, discat qui volet ab eruditissimo Hasio in Thes. Steph. et ex Anthologia: in qua quod scripsit Agathias LXXVIII. 1. Anth. Pal. T. I. p. 484. Ἀβαλε μῆδ' ἐγένοντο γάμοι: conflatum est e Callim. Fr. CCCCLV. et eiusdem Callimachi Epigr. XVIII. 1. Ὠφελε μῆδ' ἐγένοντο θοαὶ νέες. At quis tandem

βάλε μοι βάλε τὸ τρίτον εἶη,

utinam mihi, utinam sit tertium, et quo sensu dixit? Proverbii hoc speciem habet de trino numero absoluto, fausto. An Hecale dixit (Cap. VII.) in loco de ominibus? Ubi bonae mulieri lucernam observanti, quae iam his sternutamentum edidisset, et exspectanti tertium, tamquam fausti ominis complementum, non male conveniret: βάλε μοι βάλε τὸ τρίτον εἶη. Marcus Argentarius: Ἦδη φιλιτατε λύχνε τοῖς ἑπτάρεις· ἢ τάχα τερπνὴν εἰς θαλάμους ἤξειν Ἀντιγόνην προ-

λέγεις. Sed hoc ego quasi per lusum. Neque convelletur tam levi coniectura quod nuper, in retractata parte Capitis VII. ea, quae est de ominibus, posui, de fausto sternutamento nihil indicatum esse in Fragm. XLVII*. Sunt aliae sermonum particulae, quae unde siut, nemo unquam divinatione assequetur, at praebent, quantumvis minutae, disputandi et docendi scitu digna materiam. Ut quod Herodiano *περὶ μονήρ.* λ. p. 9. debetur: — *καὶ καθόλου τὰ διὰ τοῦ ἡδῶν καὶ ἔδῶν, εἴτε ἀρσενικά εἴτε θηλυκά, διὰ τοῦ ᾠ τὴν κλίσειν ποιεῖ. τὰ γὰρ παρὰ τῷ Κυρηναίῳ,*

τὰ δὲ νῦν πολλὴν τυφεδῶνα λεσχαίνεις, ἔνεκα μέτρον τὸ ᾠ ἐφύλαξεν. Ubi quum *λεσχαίνεις* haud indignum hoc poeta vocabulum, cui geminum *λεσχαίνειν* apud Theognidem, et quum umbram quasi sententiae, *nunc multum vaporem s. fumum fabularis*, et metri speciem heroici, *τὰ δὲ νῦν πολλὴν τυφεδῶνα | λεσχαίνεις*, videam: ego hanc maxime speciem metri fallacem esse arbitror. Callimachus ubi versum hexametrum vocabulo concludit tetrasyllabo, ionicum faciente (vel, quod rarum, molosso: h. Iov. 41.) diligenter curat, ut quod praecedit vocabulum, aut monosyllabum sit, aut spondei mensuram ut excedat, et sit trisyllabum (molossus), tetrasyllabon (choriambus), vel etiam, quod saepe fit, longius. Et sane ita multo laetiores fiunt numeri quam praecedente disyllabo spondeo. Id latini quoque poetae perceperant. Simul noster eo plerumque hoc lucratur, ut suavis illa caesura trochaica prodeat. Ut in his: *ἄλλικα χρυσεῖησιν ἐεργομένην ἐνετῆσιν*, et *Αἶθρη τὴν εὔτεκνον ἐν ἀγομένοις ὑδέοιμι*, et in hoc, quod annumero, quia duo vocabula ὑπὸ πέτρῃ instar unius tetrasyllabi sunt: *κολουραίῃ ὑπὸ πέτρῃ*. Sed etiam cum caesura altera: *ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀγεροντείας ἐπίβαθρον*. Rarum est eo in loco vocabulum anapaesti mensuram habens: *ἀρετὴν τ' ἄφροσύς τε* h. Iov. 94. cf. ibid. 36. *σκολιοῦ λαβυρίνθου* h. Del. 311. Nam ibid. 43. oculi tantum anapaestum vident, aures

choriambum audiunt: καὶ ἐξ Ἐφύρης ἀνιόντες. Disyllabi vero quod, si discesseris a Wernickii Tryphiod. p. 292. in h. Dian. 160. coniectura, quam nunc ipse, si viveret, damnaret Wernickius, unicum exemplum est, h. Del. 291. ἀποξανθῶν Ἀριμασπῶν, etiam ipsum, quum bona pronuntiatio proxime iungat ἀπὸ ξανθῶν, lenius fluit quam τὰ δὲ νῦν πολλὴν τυφεδῶνα. Haec obiter, ut novo exemplo apparet, quanta Callimachus diligentia non solum vitandis iis, quae vitiosa habentur in re metrica, sed etiam praefereudo meliora bonis, elegantiora iis, quorum minor elegantia, curaverit, ut versus faceret rotundissimos. Ad dispellendam speciem, quam dicebam, metri in fragmento illo non opus erat hac demonstratione, quum satis doceat prosodia refragari τυφεδῶνα metro heroico. Unum habeo, sed parum locupletem auctorem, Gregorium Theologum, qui in τύφος saepe corripit priorem, et quidem, uno loco Carm. LI. 30. excepto, constanter, ut appareat hanc illi legitimam correctionem visam esse. In Callimachi loco manifesta sunt alius metri vestigia. Veluti pulcher versus erit:

τὰ νῦν δὲ πολλὴν τυφεδῶνα λεσχαίνεις.

Denique inter Fragmenta Callimachi ponendum erat monstratum a Ruhnkenio Epist. crit. p. 177. ex Apollonii Dysc. Excerptis p. 433. A.

ἐὰ κήδεα λέξον.

Erat ponendum, inquam: maxime ab eo, qui alia non pauca sola Ruhnkenii auctoritate, non iubentis, sed tantum suadentis, et modeste suadentis, in ordinem recipienda duxisset. Nunc, postquam editus a Bekkero liber Apollonii de Pronomine est, reciperem quidem illud, si mihi Fragmenta edenda Callimachi essent, sed cum dubitatione. Ita enim ibi p. 399. editum: — ἀντὶ τοῦ τεὰ τοι κήδεα λέξον ἐὰ παρὰ Καλλιμάχῳ, καὶ πάλιν παρ' αὐτῷ ἀντὶ τοῦ σφαιϊτέρου. quae iam metrum efficiunt certe non usitatum Callimacho, ἐὰ τοι κήδεα λέξον. Similitudo quaedam horum est, sed fortuita,

ut puto, cum verbis, quae idem Apollonius *ibid.* in disputatione alia, Excerpt. p. 432. C. àpud Bekkerum p. 396. C. profert, Alemanis : τὰ *Ἐὰ κάδεα*.

Sequuntur quae paullo ante promisi, quorum commutatio quoddam fundamentum est. Ea dico, quae ad personam resque Thesei pertinent, vel eo referuntur demonstratione probabili.

Primum horum esto Fragmentum CCCXI.

τὸ δ' ἐγκυτὶ τέκνον ἐκέρω.

Quod ita accipio, Hecalen postquam diu secum mirata esset in Theseo singularem capillorum habitum, nunc, quum venit tempus secure atque otiose colloquendi, ita exordiri colloquium, ut interroget, unde sit habitus iste. Praeter Suidam in v. *Ἐν γρηῷ* respicit Callimachum idem Suidas v. *Ἐγκυτί*. tum Lex. MS. Reg. Paris. apud Ernestium et Zonaras Tittmanni p. 612. sic : *Ἐγγυτί. ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. οὕτως Καλλιμαχος*. denique Ioannes Dindorfii p. 57, 12. 38, 23. apud quem utrobique *σὺ δ'* et *ἐγκυτί* habetur. Cf. et Hesychius. Etymologo p. 311, 40. tantum Archilochum (p. 91. ed. Liebel. Fragm. XCVII. ed. Gaisf.) observari, non Callimachum, puto. Differre inter Archilochum et Callimachum de *ι* littera quam ille producit, hic corripit, monitum a Blomfieldio in Gloss. Aesch. Prom. 216. Coniiciebam aliquando, adiuvante aliquatenus Ioanne grammatico : *τί δ' ἐγκυτὶ τέκνον ἐκέρω* ; Sive hoc legas, sive τὸ δ', utique videtur interrogatio esse. Tonsuram intelligo, quae propria Theseo, tonsura inde *Θησηίς* dicta. Plutarchus Thes. c. 5. (cf. Tzetz. in Lycophr. 1153.) *Ἐθους δὲ ὄντος ἔτι τότε τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παιδων, ἐλθόντας εἰς Δελφούς, ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἦλθε μὲν εἰς Δελφούς ὁ Θησεύς, καὶ τόπον ἀπ' αὐτοῦ τὴν Θησειάν ἔτι νῦν ὀνομάζεσθαι λέγουσιν. ἐμείρατο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὅσπερ Ὀμηρος ἔφη τοὺς Ἀβαντας. καὶ τοῦτο τῆς κορυφῆς τὸ γένος Θησηίς ὀνομάσθη δι' ἐκεῖνον*. Cf. Eustathius ad Il. II. p. 165, 7. De loco, Delphis an Delo, differentiam observavit Meursius in Theseo

c. 2. In eo tonsurae genere pars capitis anterior si non rasa ope novaculae, ut nunc barbam radere solemus, tamen coma ita detonsa ac decurtata, ut *ἐγκυτὶ κεκαρμένος* recte diceretur, qui eo genere utebatur. Scilicet, quae apud Abantes caussa atque origo tonsurae huius ab ipso Plutarcho, a Strabone X. p. 714. A. ed. Almel. et ab Interpretibus Homeri ad II. II. 542. perhibetur, ne in conflictu corporum hostis apprehendere capillos posset. Idem consilium Theseo diserte tribuit Polyaeus Strateg. I. cap. 4. Aliud est quum mater Thesei Aethra assidet *ἐν χρῶ̄ κεκαρμένη* Pausan. X. 25, 7. *tonsa*, indicium servitutis. De Abantibus obiter addo Nonnum XIII. 166. *Χαλκίς, ὀπισθοκόμων μητρόπολις Ἐλλοπιήων*: cf. 420. et *ὀπισθοκόμων μερόπων* Evang. Io. II. 2. Quod aliquis obiiciat, repugnare haec supra a me scriptis Cap. III. p. 580. ubi prodeuntem Theseum comparatum cum invenili Apollinis specie esse conieci: etsi in tam lubrico argumento, ubi plurima sunt in coniecturis posita, minime puderet de eadem re diversa sibi que contradicentia protulisse, quo liberum lectori esset, aut hoc, aut alterum amplecti contrarium: tamen re vera non repugnant, si quidem non requirebatur in comparatione illa, ut Theseus per omnia similis Apollini esset. Pausanias autem quod tradit I. 19, 1. de puellari primum introeuntis in urbem Thesei specie, *πεπλεγμένης ἐς εὐπρεπές οἱ τῆς κόμης*, aut alienum est a Callimacho, aut hoc quoque qui volet, cum tonsura *Θησηΐδι* conciliabit: plexam fuisse ab occipitio defluentem Thesei *ὀπισθεν κομόωντος* comam. Fragmento CCCXI. non inepte praemittetur Fragm. CCXCIX.

τόδ' ἔχω σέβας.

in quo Suidas, scilicet graviolem aliquanto, quae apud Homerum obtinet (*σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα, vel εἰσορόωσαν*), significationem vocis respiciens, diserte τὸ θαῦμα significare *σέβας* monet. *mirror quis hic sit ornatus comae.*

Respondabat Theseus, explicabatque tonsurae eius occa-

sionem et fortasse caussam. Qua in explicatione fortasse hoc legebatur:

ἔτι πλοκάμοιο περίθριξ.

Thesei verba, quae est coniectura mea, de tempore, quo puer fuit intonsus. Si Callimachi haec sunt, quae sine nomine leguntur apud Suidam in *Περίθριξ*. De scriptura frustra, si quid video, addubitabat Schneiderus in Lexico. At Suidae interpretatio: *Περίθριξ· ὁ ἀπὸ γενετῆς πλόκαμος, ὁ μηδέπω καρεῖς*, non bene convenit in poetam, qui magis vult, quod germanice reddas: noch lockenumbaart. Sed quid si alius poetae, non Callimachi, verba sint? Fateor enim, quod in Epistolis a Tittmanno editis Ruhnkenius, ubi *ἀποσπασμάτια* quaedam Suidae suppresso poetae nomine citata ad Callimachum refert, de se scribit p. 22. amabili modestia: *Facile me in nonnullis horum coniectura fallere potest: sed quæ utramque Anthologiam et editam et ineditam, itemque ceteros poetas accurate cum Suida contuli, videor mihi de his aliquanto certius posse pronunciare: id si de me dicere velim, plus me mihimet arrogaturum esse quam verum est.* Ego memor Hecales poetas legi, eos maxime, quorum aut argumenta aut genus dicendi ad morem Callimachi accedunt propius: quo quidem etiam Anthologia pertinet. Suidam pervolutavi non indiligenter. Et quoniam Anthologiae mentionem feci, cuius ingenium moremque spirare ista, *ἔτι πλοκάμοιο περίθριξ*, videantur, nihil esse apud Suidam ex Anthologia desumptum, quod me lateat, non spondeo: at tantum spondeo, in Anthologia neque hoc, *ἔτι πλοκάμοιο περίθριξ*, reperiri, neque quae alia *ἀποσπασμάτια* anonyma, ex Suida maxime, sive ipse sive aliis praeceuntibus vindicavi Callimacho. Praeter unum, Suid. v. *Φιληδῶν*, quod ego, Diogenis Laertii et Anthologiae Palatinae tum quidem immemor, Callimachi esse nimis credulus Ruhnkenio (Epist. Tittm. p. 21.) concessi, et ipse tractavi infeliciter Cap. VII. Hic animum addit, utque confidentius cogitem de Callimacho,

facit peritus stili Callimachei arbiter, Toupius, qui et ipse in isto, *ἔτι πλοκάμοιο περιθριξ*, Callimachum agnoscere sibi visus erat, ut nunc disco ex Gaisfordio. Itaque ut aliquid ludens effingam, quod Callimachum spiret, potuit ille de Theseo ita, eleganter repetito *ἔτι*: — *ἔτι παιδνός, ἔτι πλοκάμοιο περιθριξ*. vel *ἔτι κοῦρος*. Miscui colores partim ex Apollonio I. 508. II. 43. 4. (coll. 779.) Cyneget. IV. 347. Epigr. ἀδεσπ. DCXCV. 1. Anth. Pal. T. II. Append. p. 854. et si dignus sit mentione Gregorius, Gregorio Carm. XI. 84. partim e Callim. h. Iov. 57. h. Dian. 5. 14. 43. 72. Et *ἔτι κοῦρος* apud Nonnum IX. 201. XIII. 90. 549. XVIII. 220. XXV. 184. qui rursus ad Callim. h. Dian. 5. accedit his: IX. 246. XIV. 154. XLVII. 679. Evang. Io. XXI. 18. *ἔτι παιδνήν* Christod. 410. In Coma Berenices, de qua Toupius cogitabat, vix locum inveniet *ἔτι πλοκάμοιο περιθριξ*, nisi forte in versu 77. *Quicum ego, dum virgo quondam fuit*: et ne hunc quidem satis idoneum. Facilius crediderim e Coma Berenices esse, ad versum 82. referendum, praetermissum a Bentleio aliisque fragmentum Callimachi, quod ex Achillis Tatii in Arat. Isag. Valckenarius in Argumentis Elegiae Callimacheae p. 42. protulit:

πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης —.

Scilicet quum diversae sint virorum doctorum sententiae, una eorum, qui libere versatum esse Catullum in vertendo Callimacho; altera eorum, inter quos Boissonadius p. 202. Fussio maxime, ni fallor, obsequutus, nomen profitetur suum, qui Catullum fidum fuisse interpretem et verbum fere verbo reddidisse statuunt: mihi quae supersunt Comae Berenices fragmenta graeca tria, certa atque agnita ab omnibus, aliquid in utraque sententia veri inesse probant. Estque hoc etiam per se probabile. Illud optabile, ut si quando liberius egisse poeta latinus deprehendatur, idonea ratione, cur ita egerit, monstretur. Quale exemplum fortasse ante manus est. Catullus inde a v. 80. ita: *Non post* (novas nuptas alloquitur Coma)

unanimis corpora coniugibus Tradite nudantes reiecta veste papillas, Quam (vel Quin) iucunda mihi munera libet onyx. His igitur postremis satis apta esse puto graeca illa. Nam quod aliquis opponat, nimium hoc verborum esse, *πρὶν ἀστέρι τῷ Βερενίκης* —, in tam arctis distichi cancellis, ubi Catullus uno brevissimo verbo *mihi* defungatur: ego reponam, hic fortasse eum locum esse, in quo poeta latinus aliquid sibi licentiae sumpserit. Certe *nudantes reiecta veste papillas* eam speciem habet, ut propriae Catullo lasciviae super exemplar graecum luxuriantis tribuendum esse dicas; Callimachus hoc fortasse brevius ac modestius. Quamquam nec Valckenarium reprehendo, qui alterius carminis, non Comae, fragmentum esse *πρὶν ἀστέρι τῷ Β.* statuebat. Perstringam hac occasione quae alia fragmenta Callimachi eam prae se speciem ferunt, ut a cupidiorē ad Comam Berenices referantur. A cupidiorē, inquam: nullum est enim, de quo probabilis res sit. Fragmentum CCCV. ita constitutum: *δέδαεν δὲ λαχαιρέμεν ἔργα σιδήρου*, aptum videbitur ad Catull. v. 49. ego illud supra Aetiis vindicavi. Fragmenti CCXCVII. *ἦδεα μᾶλλον ἐγώ κοτε* — (*ἦδεα μᾶλλον ἐγωγε* Bekker. Anecd. Gr. III. p. 1287. extr.) et Fragm. CCLV. *λόχνα φανείη*, similitudo quaedam est, sed ea levissima et fortuita, vel re vera nulla, cum Catulli locis qui sunt v. 25. 6. et v. 79.. Denique ad Catull. 12. *Vastatum suis iverat Assyrios*, retulerunt, non primus Blomfieldius, sed ante Blomfieldium Anna Fabri, fragmentum Callimachi CLII. *ἦ ἀπὸ (vel ἦ ἀπ') Ἀσσυρίων ἡμεδαπή στρατιή.* Repugnat Boissonadius p. 202. Et Blomfieldius quidem cum in finem tentat, Porsoni legens vestigia, quod mihi quoque ante multos annos in mentem venerat: *ἦν ἐπ' Ἀσσυρίων ἦ. στ.* Ego nunc neque coniecturae isti confido, neque aliud habeo, quo necessitudinem intercedere cum eo Comae loco (aut, de quo alius cogitet, cum v. 36.) verbis hisce persuadeam.

De tonsura capitis non iuraverim plane illud ipsum pro-

didisse poetam, quod narrantem Plutarchum audivimus. Deinde, quod plus est, frustulorum tam minorum, τὸ δ' ἔγω σέβας, et ἔτι πλοκάμιοι περίθριξ, interpretationes meas qui dicet somnia esse, me ipsum non vehementer reluctantem habebit. Mea in talibus laus esto, ut bene sequutus esse filium fabulae Theseae, utque dicar proposuisse haud indigna Callimacho.

Praeterea de tonsura quod fuit, utrum nexum cum iis, quae statim sequentur, an seorsum positum, utrum ante coenam insertum fuerit, an post eam, dubium est.

Nam post coenam longum quoddam colloquium, vel potius, ut statim declarabitur, longam narrationem fuisse, tam persuasum mihi est, quam quod maxime in hac saepe difficili carminis deperditi per partes suas dispositione. Ita decebat, colloqui hospitem cum hospita. Nihil autem magis consentaneum quam narrasse nonnulla Theseum avide audienti hospitae suae. Hecale quae narraret non multa habebat. Nisi huc retrahere placeat supra a me pertractata

ἔκ με Κολωνάων etc.

et

δινομένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσαν ἄλωα.

Theseus multa et magna, et digna tractatione poetica. Atque sic fragmenta non pauca, partim Hecales, h. e. quae ad Hecalen diserte referunt testes antiqui, non facile illa alio modo redigenda in ordinem, partim apta ad Hecalen, ordino aptoque huic carmini.

Itaque haec ego appello

ἔπεισόδια.

vel, si quis malit, quoniam singula Episodia communi quodam vinculo inter se nexa fuisse probabile est, ἐπεισόδιον. De ambitu eius partis quivis coniecturam ex mensura carminis faciet. Veluti, ut ego meam faciam, multa potuit Theseus et accurate ducentis narrare versibus. Formam narra-

tionis quod attinet, mihi fragmenta nonnulla hoc sonant, ut ipsum narrantem suis verbis Theseum audire mihi videar. Sed tamen non negaverim unum alterumve factum brevitatis causa altero narratum modo esse, ut poeta breviter referret, quae narrasset Theseus: qui est modus in Odys. XXIII. 310. sqq. alibi. Apparet autem, quam commodam exspatiandi occasionem poetae fecerit secuta apud hospitam commoratio Thesei, et quam scite in medio fere poemate insertum Episodium fuerit, ut callide differretur magnus exitus, pugna Marathonica, deque heroe ut praeclara excitaretur expectatio.

Initium faciam ab eo Fragmento, quo Hecale, ut mihi quidem videtur, cupiditatem audiendi suam declarat, CCLXI.

μύθου δὲ πασαίμην

ἤδιον.

sic, μύθου, ut est apud Athenaeum I. p. 24. A. *θύμον, ἰθυμο*, Ruhnkenii emendatio, recepta adeo ab Ernestio, Blomfieldio, Boissonadio, metrum pessum dat illata caesura trochaica, de qua satis dictum Cap. I. p. 513. sq. Neque video quid tam male habeat viros doctos in dictione hac, μύθου πάσασθαι, *sermone satiari*. Hoc enim consilio laudat Callimachum Athenaeus, ut doceat πάσασθαι, quum alibi sit ἀπογεύσασθαι, apud recentiores esse πληρωθῆναι, *satiari*. Si quis tamen pervaciter resistat, contendatque πάσασθαι proprie tantum de vera satietate, quae edendo efficitur, recte dici, facile hoc quicquid est duritiae emollietur ita constituta sententia, ut significatio verbi non propria nexu atque opposito illustraretur. Ut si Hecale invitanti ad communionem coenae Theseo responderit, nullam sibi cupiditatem cibi esse: *sermonibus se satiatum iri iucundius*.

Iam de eo, quid narraverit Theseus, quid non narraverit, quo recte statuas, iudicio opus est ad leges artis poeticae consuetamque poetae doctissimo elegantiam quam fieri possit optime conformato. Sic male Theseus omnes res suas,

parentes, pueritiam, adolescentiam, et facta usque ad eundem diem, ordine exponeret Hecalae. Quanto melius nos, separatione facta, partem horum communicatam a poeta cum lectoribus eo loco esse, qui nobis est Caput tertium, statuimus. De parentibus Thesei fando audiverat haud dubie Hecale, et tamquam notum sibi exceperat Theseum. Ne quis forte ab Hecale prolatum, originem percontante Thesei, coniciat Fragmentum CCXLI. (coll. Hesych. v. *Γένη*): *τὴν δὲ γένῃν οὐκ οἶδα*. Nunc, per Episodium, accipit recentissima, et quae iucundissimum erat ab eo ipso accipere, qui tam praeclara gessisset. Igitur, quae mea sententia est, narrabatur iter, quo Theseus Troezene Athenas profectus est, et coniuncta cum eo itinere facinora. Illud quoque, de tonsura capitis, scorsum ponere quam cum reliquis coniungere malui, quoniam ad pueritiam pertinet.

Curavimus Cap. VII. p. 541. omnibus ut in memoriam revocarem iter Thesei, factorumque ordinem. Et sunt quae addas prolatis ibi testimoniis. Schol. in Plat. Leg. p. 229. Ruhnk. p. 452. Bekk. disertissime: *πρὸς τοῦτον* (Cercyonem) *τὸ πεμπτὸν ἄθλον ἐν Ἐλευσίῃ παλαιῶν διηγωνίσαστο Θησεύς*. Prorsus ut duodecim numerantur ἄθλοι Herculis. Verum certior in Theseo res est quam in Hercule. Nam Herculis laborum ordinem variant mythographi: de quo docte exposuit Zoega, Bassirilievi T. II. p. 45. sqq. p. 48. sqq. non immemor ille Callimachi h. in Dian. 109. ubi tamen quod traditur, Cervam *ultimum*, *ῥστατον*, fuisse ἄθλον Herculis, ita est reliquorum auctorum narrationibus, variantibus quidem illis, ut dixi, sed tamen in multa varietate unum alterumque magno consensu attestantibus, contrarium, ut non inepte interpretes Callimachi de emendatione cogitaverint, *ῥσπερον* ex Schol. Apollonii; aliam viam iniit censor Blomfieldii Passovius, Ephem. litt. Jen. Octob. 1819. num. 195. At Thesei laborum ordo, illorum quos vidimus, qui adstrictus ordini locorum geographico est, mature et prius, quam

Herculis labores coepissent in ordinem numerumque redigere, talis factus atque constitutus est, neque variatur ab iis quidem qui accurate agunt. Suidas quoque in v. *Θησεΐα*, ubi facta Thesei receisset obiter ac negligentem, ea tamen, quibus ille τὸν ἀπὸ Τροιζῆνος χῶρον ἀπαντα ἄχρισ Ἀθηναῶν purgaverit, λησιῶν ἐμπλεων ὄντα, distinguit ab aliis, et quinque (omissa Sue) hos, Cercyonem, Scironem, Sinnin, Peripheta (Περίφρανον), Procrusten, inter se iungit proxime. Quid lateat sub illa expeditione Thesei, latronumque excidio, coniectura assequi conatur Müllerus Doricens. l. p. 258. sq. satis ingeniosa. Verum id, quicquid est, non spectat ad Callimachum, qui recensere facinora singula atque exornare more poetico satis habuit.

Igitur cogitetur ingressus suum iter Theseus.

Periphetae τοῦ Κορυνητου nullum in Fragmentis vestigium reperio. Nisi de Peripheta accipiendum sit Fragm. CCCCXXXIV.

Ἐν ἔλλερα πολλά τέλεσκεν.

ubi cum Lexico Reg. MS. ex quo primus hoc publicavit Albertius ad Hesych. (cf. Ruhnken. in Epistt. Tittm. p. 103.) convenit Zonarae Tittmanni p. 689. Verum Ἐν ἔλλερα πολλά τέλεσκεν eodem iure de aliis perdomitis a Theseo scelcratis, de Sinide, Procruste, Scirone, Cercyone dictum esse potuerat, vel alio in poemate. Hoc tenuerim, si fuerit in Hecale, aptius de Peripheta, vel Sinide, et quos memoravi alios, dici quam de sue Cromyonia vel tauro Marathonio. Certe quibus vocabulis ἔλλερα vocem Hesychius ibique apud Albertium alii interpretantur: ἐχθρά, πολέμια, ἄδικα, magis hominis ferocis mala facta quam bestiae significare videntur. Quamquam de hoc quidem ab omni parte certum est, si recte grammatici ab occisa Chimaera appellatum Bellerophonem, Ἐλληροφόντην, tradunt. Ad verba simile est Callim. h. in Dian. 125. ἀλιτήμονα πόλλ' ἐτέλεσσον, ubi ex libris restituendum πολλά τέλεσσον, et de bestiis usitatum

κακά πολλά: Hom. II. IX. 540. σὺν — ὅς κακά πόλλ' ἔρδισκεν. Hom. I. in Apoll. 302. δράκαιναν — ἢ κακά πολλά ἀνθρώπους ἔρδισκεν ἐπὶ χθονί. et 555. ἢ κακα πόλλ' ἔρδισκε κατὰ κλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων. Hecataeus Geneal. lib. II. apud Steph. Byz. v. Ψωφίς (Fragm. 344. ed. Klausen.) Κάπρος (Erymanthius) ἦν ἐν τῷ ὄρει, καὶ τοὺς Ψωφιδίους κατὰ πόλλ' ἔργεν. Potest fieri ut non semper annotem, ubi nove atque insolenter loquentem Callimachum video. At ἔλληρα fortasse primus ac solus ausus est scribere, ex dialecto quadam, de qua obscurum apud Eustathium in Iliad. VI. 181. p. 655, 5. indicium: Βελλεροφόντης — Ἐλλεροφόντης, ἦτοι φρονεὺς κακίας. ἔλληρα γὰρ φασὶ κατὰ διάλεκτον τὰ κακά: vel sola fretus analogia nominis Βελλεροφόντης, quod ipse cum aliis interpretaretur e coniectura: Ἐλλεροφόντης, φρονεὺς κακίας. De Zenodoto grave est testimonium Eustathii, quod apud Heynium ad lib. VI. ubi exspectes, non reperio: in Iliad. II. 569. p. 289, 58. καὶ ὁ Βελλεροφόντης δέ φασιν Ἐλλεροφόντης ἐν τοῖς Ζηνοδότου εἶρηται. Unus fortasse praeter Callimachum ἔλληρα poeta dixit is, ex quo apud Suidam corrupte: Ἐλερῶ ἔργα. ubi nunc Gaisford. Ἐλληρα ἔργα. In Lexico Reg. MS. apud Albertium ad Hesych. v. Ἐλληρα et apud Zonaram sic: Ἐλληρα. φόνια, χαλεπὰ, κακά. ἔλληρα ἔργα. et apud Favorinum: Ἐλλέρα, φόνια, χαλεπὰ ἔργα. Nisi hoc quoque ad Callimachum, pertineat: ἔργα fortasse appositum ab aliquo grammatico explicationis causa. Sed praestat pro poetae alicuius verbis haberi ἔλληρα ἔργα. At Hesychii glossa: Ἐλληρα. ἐχθρά, πολέμια, ἄδικα, ad Callimachum spectat haud dubie, qui ἔλληρα πολλά absolute scripsit, multa noxia. ut alibi ἀλιτήμονα πολλά. Originem rarae vocis si scruteris, nihil est veri magis simile, quam esse, ut Etymologus p. 331, 32. statuit, ὀλλύντα. Sed audiamus Etymologum, qui fortasse aliquid docet amplius: Ἐλληρα — ὀλλύρα τινὰ ὄντα, ὀλλύντα καὶ ἔρῶειν ποιοῦντα. Eadem Lexicon illud MS. Reg. et Zonaras cum aliqua accentus

varietate. In quibus mihi ἔρῳειν verbum statim audaciam Callimachi aliam, quam supra Cap. I. p. 555. mirati sumus, in mentem revocavit, Fragm. CCXCII. ἔλλετε pro ἔρῳετε. Ergo mihi haec sese illustrare invicem, et cognata esse ἔρῳειν, ἔρῳετε, ἔλλετε, ἔλλερα, tam inter se quam cum forma altera ὄλλυμι videntur.

Quod alterum loco laud. Cap. I. tractavi fragmentum Callimachi, nunc ut de dialecto Callimachi, h. e. verbis formisque verborum, quae ex dialectis derivavit paullo audacior poeta, nonnulla disputem obiter, admonet. Scilicet in Fragmento CXXI. (Valcken. Call. Eleg. Fr. p. 276. sqq. Wakefield. Silv. crit. P. I. p. 10. sq. Porson. Not. br. ad Toupîi Emendd. p. 472.) ubi tum quidem placebat coniectura, si opus coniectura esset, sane omnium maxime probabilis, ἔλατε, postea intellexi fortasse nulla nisi accentus mutatione opus esse, sic:

ἔλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας
χεῖρας [ἐμοῖς], ἵνα μοι πολὺ μένωσιν ἔτος.

vel quod alii voluerunt: χεῖρας, ἴν' . . . πολὺ μένωσιν ἔτος. Mihi μοι vel ἐμοῖς, vel utrumque, valde commodum videtur, ne dicam necessarium. Callimachus in Heraclitum poetam: αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες. Ad extrema pentametri fortasse respexit Thallus Epigr. I. (Anth. Pal. T. I. p. 262.) 6. εὐχομένοις ἡμῖν πολὺ μένοις ἐπ' ἔτος. Et νῦν scripsi, sed ea significatione, quam alibi νυν encliticum habet. ἔλλατε autem (pro eo quod ap. Schol. Pindari, ἐλλάτε) ex uno tum mihi quidem noto testimonio Etymologici Gud. v. Χίλιοι p. 566, 52. de Aeolensibus: — ἀλλ' ἰστέον, ὅτι σπανίως τὸ ἰῶτα ἐκτεταμένον τρέπονσιν εἰς ε, οῖον, ἔλλαθι, χίλιοι, χέλλιοι. coll. Etymol. M. in ead. v. et cuius ad eum locum Etymologi Magni verba profert Peyronus, Charace in Orthographia. Verum iam exposuerat memorabilem Aeolismum Seidlerus meus in docta atque eleganti dissertatione de Sapphus et Alcaei fragmentis, deque dialecto acolica, p. 180.

Et est forma illa certa et minime dubia eo, quod qui eam proferunt grammatici, quippe assueti regulae in universum verissimae, acolicum *ελλ εμι ενν ερρ* non fieri nisi ex diphthongo *ειλ ειμ ειν ειρ*, quam regulam unus nuper a Cramero editus Choeroboscus locis fere innumeris inculcat: duo haec, *ελλαθι* sive *ελλαθι*, et *χέλλιοι*, cum admiratione proferunt tamquam singularia. Choeroboscus p. 275. in *Χίλιοι*, et p. 224, 16. ita: *Ελλαθι: οί Αιολεῖς γάρ ελλαθι λέγουσιν.* ubi *ελλαθι* fortasse nihil nisi ficta a Choerobosco, vel antiquiore grammatico, forma est, scilicet ficta ab explicaturo, quomodo aeolicum oriri *ελλαθι* potuerit, quum secundum regulam illam ex *ιλαθι* non fiat *ελλαθι*, sed, qui alius aeolismus est, *ιλλαθι*: ut *ιλλας* ex *ιλαος* testante eodem Choerobosco p. 225, 6. Verumtamen semper mirum, vel adeo temerarium videbitur, quod illud totum aeolicum *ελλατε* Callinachus suam in poesin receperit. Est enim in his modus quidam. Audacter usurpatum vidimus Cap. V. p. 559. genitivum doricum *ασκάντα*, *αράχνα*. Enimvero satis mihi tueri se invicem videntur tria: *ασκάντα*, *αράχνα* (de quo dubitant Iacobsius in Anthol. Gr. Animadv. Vol. II. P. I. p. 29. Bernhardy in Suid.), *Ἐχέμια* in Epigr. Callim. LXXII. (Anth. Pal. T. I. p. 226.) si est Callimachi, ut tribuitur illi in Palatino. In Fragmento CCXXXVII. morabatur me aliquando non *ασκάντα*, sed producta per *ν* paragogicum ultima in *κάθισεν*. Nunc video exempla eius productionis apud Callimachum satis multa esse, ut ea, nisi alia accedat suspicio, qualis in Fragm. CCXLVIII. accedit, nihil dubitationis habeat. Ergo iucunda imago et digni hoc poeta numeri forent: *τὸν μὲν ἐπ' ασκάντα κάθισεν [περιπηχόνασα]*. Mos blandientis, amplecti eum, quem considerare volumus, et infingere sellae, quasi per vim, sed eam lenem. Fragmentum CCCXLIV. *περιπηχόναντες* e Suida, ad h. Iov. 46. referendum esse non credo Ruhnkensio, Ernestio. *πήχυνα* — *κοῦροι ἀγοστῶ* et similia, modus dicendi Nonno usitatus: III. 540. 598.

IV. 152. V. 417. 451. 547. VIII. 187. alibi; aliquanto rarius medium: IX. 30. XI. 591. XIV. 152. alibi. Quamquam nihil nisi lusum esse apparet, quod *περιπηχύνασα* supplevi ex ingenio; neque facile refutabitur, qui servandum esse, quod illic apud Etymologum legitur, *καί*, et fuisse tale quid: — *καί τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάντα καθίσασα* — coniciat. Sed coeperamus nonnulla recepta Callimacho e dialectis colligere. Sic pro dorico habebitur, non tentandum cum viro docto apud Santenium, et Blomfieldio, *διδυματόκος* h. Apoll. 54. sive id poeta primus ipse ex dorica dialecto (cf. Theocrit. III. 34. V. 84.) sum in usum asciverit, sive alii praeiverint non Dorienses. Callimachus in eo obsequentes habuit Philippum Thess. VII. (Anth. Pal. T. I. p. 218.) 5. Manethonem IV. 455. 590. Orpheum Hymn. XXXV. (54.) 1. Epigr. *ἀδασπ.* DCCXXX. non habuit Nonnum, neque Ioannem Gazaem, siquidem quod apud Nonnum semel III. 588. legitur, *διδυματόκος*, vix dubium quin aliis ex locis *διδυμητόκος* scribendum sit: quae etiam Graefii sententia. Ac mirum quodammodo *διδυματόκος* apud Philippum est, qui poeta alias *η* littera in tali formatione delectatur: *ἀφρηλόγον, γυρητόμον (γυιητόμων), καλαμητομής, κρηηδόκον, λειψανηλόγους, λαιμητόμα, πυρηφαίον, πυρητόκον* (?), *πυρηρέμους* (?), *στελεχητόμον, ὕλησκόπω*, ut praeterea trita et multum etiam aliis usurpata *θαλαμηπόλε, θυηπολίας*. Cf. Lobeck. in Phrynich. p. 660. seq. Modicus dialecti usus, quippe munitus antiqui poetae epici auctoritate: ὕδος. Si tamen hoc aeolicum, quod unus, quem meminero, Tzetzes tradit ad Hesiodum: caeteri, Suidas, Etymologi, et quos laudaturus sum alios, non dicunt. Habet etiam Theognis. Praeterea Callimachus ὕδος fortasse non usurpaturus fuisset alibi, at usurpavit, et cupide usurpavit eo in loco, cuius etiam alia quaedam cum loco Hesiodico similitudo esset. Nam ita Callimachus Fragm. CCCCLXVI. ed. Blomf. sed ubi pars tantum prostat e Constantino Lascare, integrum ex Choerobosco Bekkeri A. Gr. III. p. 1209. appone:

ἔστιν ὕδος καὶ γαῖα, καὶ ὀπτήτειρα κάμινος.

De figula aliquo, ut puto. Et de figulo, Vulcano Pañdoram efficturo, Hesiodus Opp. 61. γαῖαν ὕδει φύρειν. Apud Bekkerum una syllaba deficiente ὀπτῆρα legitur. ὀπτήτειρα meum inventum est, in quo duplicem elegantiam, et fortasse proprietatem poetæ huius, observari velim. nam et forma hæc, ὀπτήτειρα, aliquid elegantiae habet: cui geminae sunt in reliquis quas nunc habemus Callimachi, ἐπιθυμήτειραι, θηροῦτειρα, ἀρήτειρα, λήτειραι, ἐμπελάτειρα. et exquisita est coniunctio: ὀπτήτειρα κάμινος, ut h. in Del. 230. κύων — θηροῦτειρα, h. in Dian. 207. θηροητῆρε - κύων. Senserat elegantiam Nonnus, qui et nomina in εἶρα multa habet, quorum nonnulla multum frequentat, et partem etiam communicavit cum sectatoribus suis, Paullo, Ioanne Gazaeo, Colutho: ἀλεξήτειρα, ἀπειλήτειρα, γενέτειρα, δμήτειρα, ἐλάτειρα, ἡγήτειρα, θρέπειρα, κατευνήτειρα, κυβερνήτειρα, ναέτειρα, ὀλέτειρα, παιδολέτειρα, πανδαμάτειρα, προηγῆτειρα, τιθηνήτειρα, ἑποδρήσειρα, (ἀρήτειρα apud Musaeum et Christodorum); et amat talia: ἀλεξήτειραν ἰωὴν XXIII. 162. ἀλεξήτειραν ἀνάγκην XXXVI: 142. ψυχὴν - ἀλεξήτειραν Evang. Io. XV. 13. ἀπειλήτειραν - ἰωὴν XXX. 40. XXXVII. 306. Ev. Io. II. 18. ἀπειλήτειρα γενέθλη Ev. Io. XV. 20. ἀστεροπὴν ὀλέτειραν VIII. 390. ut omittam ea, in quibus pendens a nomine verbali genitivus accedit, et, quorum infinitus numerus, ubi eodem modo versat masculina: ut ἀμιλλητῆρι - ταρσῶ, σιδήρω, παλμῶ, χαλκῶ, πόθω, χορείῃ, δίφρον ἀμιλλητῆρα, γρῦπας ἀμιλλητῆρας; ἀπειλητῆρι - πήχει, δεσμῶ, ὄμβρω, χαλκῶ, κορύμβω, παλμῶ, δαλῶ, ὀλκῶ, μύθω, ὀδόντι, ἀνθρεῶνι, ἀπειλητῆρα - ταῦρον, μῦθον, δοῦπον, πυρόν, δεσμόν, τίγριν, ζωοτῆρα, ἀπειλητῆρος ἀνείρου, ἀνθρεῶνος, ἀπειλητῆρος ὀφθαλμούς, ἀπειλητῆρες κεραυνοί. Sunt alia magis mira quam ὕδος, apud Callimachum. Ut de quibus Buttmanus Lexil. I. p. 43. egit, βιοπλανές, et Μιαλοές in Etym. ap. Bekker. A. Gr. III. p. 1187. Neque δρομέσι

Fragm. CCCCXCVIII. Blomf. (Const. Lascaris in binis locis, *Περὶ τῆς πέμπτης κλίσεως*, et *Περὶ τῶν πέντε κλίσεων τῶν συνηρημ. ὄνομ.* haud dubie ex Choerobosco suo: Bekk. A. Gr. III. p. 1185.) non sapit dialectum. Prolatum alibi *βωνίτησιν*. At *περιαγέες* Frasm. CCCCXXIX*. neque tum mihi se approbavit, quum illud tractarem Cap. IV. p. 515. 518. et nunc utrumque respuo, *περιαγέες*, et *περιηγέες*. Nam primo, si *περιηγέες* fuisset a manu poetae, quo modo id in formam abierit doricam, *περιαγέες*, non satis intelligitur. Deinde, quod gravius, si bene dicitur *Κυκλάδας περιηγέας*, *ζῶναι περιηγέες*, ut dicitur bene, eo sensu quem ibi explicui: non aeque bene *κωμῆται περιηγέες*. Id sensit, quo est sensu acutissimo, meque per litteras docuit Hermannus. Et statim, quae est eiusdem viri dexteritas et sagacitas, emendationem tam commodam ad locum quam congruam cum more Callimachi invenit:

ταῦτο γὰρ αὐτὴν

κωμῆται κάλειον πέρὶ ἀγέες.

ut intelligantur *reverentes*, *πίλ.* Unum se nosse ait eius vocabuli auctorem, Hipponactem Frasm. IV. ὡς οἱ μὲν ἀγέῃ *Βουπάλῳ κατορθῶντο*, ibique explicationem afferri hanc, *μυσαρός*. sed nihil obstare quominus ἀγής, ut ἄζομαι verbum, ambigua fuisse significatione putetur. Recte, ut puto. Et ipse sententiam hanc, de ambigua significatione, professus eram in Choerilo p. 179. sq. admoto, quod tamen quo iure fecerim nunc ipse dubito, ad Hipponactis locum versu Empedoclis. Verum nescio quo modo, sed haud dubie excitatus ab Hermanno, in aliud incidi, non illud melius invento Hermanni, sed tamen non spernendum: *κωμῆται κάλειον πέρὶ ἀλέες*. sic, ἀλέες: e Callimachi Fragmento LXXXVI. cuius pars etiam in Etymologico Gudiano p. 39, 9. et apud Favorinum in Lexico itemque in Eclogis p. 96. edit. Dind. exstat. Et tum quidem de nomine *Ἐκαλίνης* accipiendus locus foret, differendus ad partem carminis extremam, ubi mor-

tuam Pecalen congregati (*ἀλλέες*, i. e. *ἀολλέες*) circa tumulum *κωμῆται* salutare nomine *ὑποχοριστικῶ*, *Ἐκαλίην*, coeperint. Adhuc de formis verborum disputatum est. Aliud est quum verba Callimachus e dialectis assumit integra. Ut *σῦφαρ*. Sed hoc tamen antiquioris scriptoris auctoritate, eiusque magni. *Ἔρνεα* fortasse sine ulla scriptoris, h. e. eiusmodi scriptoris, qui praecire hoc poetae posset, auctoritate. Non puto enim *ἔρνεα* Callimacho Lacedaemonium *ἔρνεα* sive *ἰρνεα* esse, sed quemvis iuvenem ea aetate. Certe id non superat audaciam huius poetae. Ex loco ipso Callimachi, quem post Blomfieldium (Fragm. CCCCXCVII.) pleniorum ex Choerobosco Bekkerus A. Gr. III. p. 1198. et in Epimerismis Homericis Cramerus A. Gr. I. p. 413, 22. protulerunt, nihil certi efficio. Et Bekkerus quum exhibuisset *ἀλλ' ἀντὶ βρεφῶν πολλῶν ἔρνεα μέσσω* (sic, imperfecto versu), Cramerus versum in suo grammatico multo esse emendatorem dicit :

ἀλλ' ἀντὶ βρεφῶν πολὺν νέον ἔρνεα μέσσω.

Ex parte verum. Sed praeter *πολιόν*. Quid enim *πολιόν νέον* esse censebimus? *canum iuvenem*, ut sunt nonnunquam viri iuvenes cani? Cf. ut afferam quae statim ad manum sunt, Gregorius Theol. Carm. II. 704. (et L. 221.) At tamen non *ἔρνεες*, viginti annorum, ut spero. Nisi quis huc revocet *πολιοζροτάφους* Hesiodi, de quibus nuper Hermannus Opusc. Vol. VI. P. I. p. 169. Mihi semper illud *ἰητρός* — *πολλῶν ἀντάξιός ἄλλων* ante animum versatur, et sententia talis: multorum infantium instar haberi iuvenem adultum. Qualem sententiam etiam ad Theseum accommodabit, qui volet. *μέσσω* quoque non putaverim *μέσσω* esse, sed a *μέσσω* i. e. *μεῖζων*, insolenter. Etsi fateor nullum me formae huius, *μέσσω*, certum exemplum, praeter grammaticos qui ea in explicanda forma altera *μεῖζων* utuntur, habere. Et sic quidem *ἀλλ' ἀντὶ βρεφῶν πολλῶν νέον ἔρνεα μέσσω*, vel etiam *μέσσω* neutrum, — bene illustrabitur ex Sophocle

Antig. 182. καὶ μείζον' ὄστις ἀντὶ τῆς αὐτοῦ παύρας
φίλον νομιζει. Alia audacia est, vocabula barbara in-
ferre, graece flexa. Βάκαλ, βάκαλες: Fragm. ex Choero-
bosco ap. Bekker. Anecd. Gr. III. p. 1174. extr. et Goettling. in
Theodos. p. 234. cf. L. Dindorfius in Thes. Steph. v. Βά-
καλ. Et δανάκης.

Redeo ad Hecalen et res gestas Thesei.

Fragmentum est inter Bentleiana CCCXVI.

ὁ δ' οὐκ ὄθρετ' αἴσυλα ῥέζων.

quod, ut ἔν' ἔλληρα πολλὰ τέλεσκεν, aptum ad Periphetae
historiam, sed aptum itidem ad latrones a Theseo perdomi-
tos omnes erat. Verum hic mature dubitatio exorta est,
an ea Homeri ex Iliad. V. 403. sint, non Callimachi verba.
Eandem dubitationem, eorundemque virorum, vidimus in
Fragmento CCLXXXIX. Cap. V. p. 547. Et Ernestii in rem,
qui utrobique ita sentit, licuisse Callimacho suum facere Ho-
meri aliquod hemistichium, adscripseram sic suum fecisse
Callimachum h. in Cer. 116. Homericum αἰτίζων ἀκόλους;
et ex utroque Agathiam LXVI. 6. αἰτίσας ἀκόλους. Finge
intercidisse hymnum Callimachi in Cererem, at conservata ex
eo a grammatico quodam haec esse: αἰτίζων ἀκόλως (vel
ἀκόλους) • Καλλιμάχος. Quis non erroris argueret gram-
maticum, et Homeri verba esse Od. XVII. 222. diceret? Certe
multi dicerent, neque refutari ea sententia posset, et tamen
fallerentur. Rursus Rubenkenii Epistt. Tittm. p. 103. senten-
tiae, qui ex Homero esse ὁ δ' οὐκ ὄθρετ' αἴσυλα ῥέζων, et
errasse grammaticum, censebat, novam paraveram commen-
dationem ex eo, quod nunc edocti scholiis apud Heynium et
Bekkerum antiquis scimus, fuisse qui pro vulgata ibi eaque
vera scriptura, ὅς οὐκ ὄθρετ' αἴσυλα ῥέζων, legerent: ὄτ' οὐκ
ὄ. αἴ. ῥ. Apparet quam facile ὄτ' in ὄδ' abierit. Iam de
Fragmento CCLXXXIX. rem incertam reliquimus, et relin-
quemus in futurum. De Fragm. CCCXVI. aliud idque inex-
spectatum docet editus nunc integer a Cramerō in Anecdōtis

Gr. Vol. I. Grammaticus, ex quo Callimachæum hoc approposuerat Bentleius, et quem non esse Herodianum viderat: p. 51, 25. in v. Ἄξυλος: κανὼν γ'. τὰ τριγενῆ παροξύνεται (Cód. προπαροξ.)· οἶον, ἀγκύλος· καμπύλος·

στρογγύλος ἔστι λίθος

Καλλίμαχος· σεσημείωται τὸ αἶσυλος· οὐδ' οὐδέτερον τὸ αἶσυλον·

ὄδ' οὐκ' ὄθρετ' αἶσυλα ῥέζων.

Ergo Callimacho quod dandum erat, omisit, et pro eo illud dedit Bentleius, quod Homeri erat. Homericum iterum profert idem Grammaticus p. 73, 27. ita scriptum: ὡς οὐκ' ὄθρετ' αἶσυλα ῥέζων. Et festinanter ista exscripsisse Virum magnum, vel semel lecta referre memoriter, etiam reliqua documento sunt: concisum enim atque contractum dedit locum grammatici ita: Ἄξυλον. — Καλλίμαχος, οὐδ' τοῦτο. Ὁ δ' οὐκ' ὄθρετ' αἶσυλα ῥέζων Novum fragmentum Callimachi,

στρογγύλος ἔστι λίθος,

quum primum oculis vidi, statim ad narrationem de πέτρος κολουραία, et de gladio calceisque, referendum conieci, quae est Cap. III. p. 561. Ac bene ἔστι, non ἦν: monstrabatur enim non solum Callimachi aetate, sed etiam Pausanica. Praeterea vidimus ibi explicationem vocis κολουραία unam, στρογγύλη. Neque λίθος non conveniret, ut puto: κολουραία ὑπὸ πέτρος et λίθος στρογγύλος non male variata dictio. Sed fatendum est, facile res alias narrationesque excogitari, ad quas accommodata fuerint tam pauca verba στρογγύλος ἔστι λίθος.

Agro Epidaurio, in quo habitaverat Periphetes, ager conterminus Argivus est (Pausan. II. 26, 1.), per quem dum iter faceret, fortasse ad Asterionem fluvium se pervenisse narrabat Theseus. Ut hic ponendum sit Fragm. CLXVI.

καὶ δὴνακι πληθοντα λιπὼν ῥόον Ἀστερίωνος.

De Asterione fluvio vicino Mycenis Pausanias II. 15, 5. 17, 1. 2. qui quod scribit: ὁ δὲ Ἀστερίων οὗτος ῥέων ὑπὲρ τὸ Ἡραῖον ἐς φάραγγα ἐσπίτιων ἀφρανίζεται, nescio utrum ma-

gis rapidum, torrentem significet, an tarde profluentem et stagnantem fluvium, qualem fuisse Asterionem ex verbis Callimachi *δόνακι πλήθοντα* colligas. Aliud est quod de πόρῃ in ripis eius fluminis proveniente narrat Pausanias. Statio in Thebaidos quarto Asterion primum *celer* v. 121. alibi v. 713. *aeguis fluctibus* audit. Eundem magnum nobilemque fecit, nescio quo iure, Nonnus XLVII. 493. Ἀστεριῶν δ', ὅθι πολλὰ θαλάσσια μεζονος ἤβης ἠιδέων κείροντο λιπότριχος ἄνθρα κύρσης, αὐτοὺς παῖδας ἔδεκτο, καὶ οὐκέτι βόστρυχα χαιτήρης. Qua in re fortasse melius et usitatius fuisset *Inachi* mentionem facere, vel propter Aeschylum: sed Inachum versibus praecedentibus nominaverat alia in re, et placuit haud dubie docto poetae tam doctum *Asterionis* nomen. Deinde Theseus *Lyrceum* se mentem conspexisse narrabat. Fragm. LV.*

Ἀργεῖον, ὄρος Ἄργους· Καλλιμάχος Ἐκάλῃ.

Argivum montem cum Stephano Byz. Scholia in Apollonium I. 125. *Lyrceum* dicunt, itemque, ut videtur, Sophocles ap. Strabon. VI. p. 271. Fragm. 265. Dind. Hesychius quoque tam in v. *Ἀργεῖον*, quam in glossa ad Sophoclem referenda *Ἀργεῖον δῆμον*. *Arcadicum* facit Strabo VIII. p. 570. (569. A.) Mitto alios qui laudantur ad Stephanum Byzantium et a Tzschuckio in Strab. T. III. p. 219. Neque multum interest. Ut enim concedamus *Arcadicum* fuisse, certe haud longe absuit ab oppido cognomine *Lyrcea*, quod Argivis vindicant Pausanias II. 25, 4. 5. et ipse Strabo VIII. p. 376. (578. A.) ex emend. Casauboni. Quum in agro versemur *Argivo*, et in montibus *Argivorum*, quaeram an ad eiusdem itineris *Thesei* descriptionem pertineat Fragmentum, neglectum a Bentleio, apud Interpr. vet. Statii Theb. IV. 46.

Neris montis nomen Argivi, ut ait Callimachus.

Ea vero prorsus incerta res est, quum de *Argis*, montibusque eius regionis, dicendi multa occasio, non uno in carmine poetae fuerit: ut *Arachnaei* montis mentionem in *Ae-*

tiorum libro primo fuisse scimus, Fragm. XIV. Deinde *Neris* mons qua in parte agri Argivi quaerendus sit, eamque partem an attigerit suo itinere Theseus, non constat. Quin ipsum hoc, *montem* fuisse, solus tradit e Callimacho interpretis ille. Nam Statius quum scribit: *Quaeque pavet longa spumantem valle Charadron Neris*, manifesto oppidum intelligit, non montem. Id oppidum vel is vicus, cui montem proximum fuisse cognominem non incredibile est, Pausania lib. II. extr. testante, in confiniis Argivorum, Arcadiae et Laconicae situm erat. Statius, ut videtur, quod interdum accidit poetis exquisitorum nominum amatoribus, ignobili vico nimium dignitatis tribuit. Neque hoc praestiterim, tam vicinam *Nerin* Charadro fuisse, ut *pavendum* esset. C. Barthius Lutatium aut errare cum toto hoc *monte* suo, et auctore insuper scribendi Callimacho, aut corrigendum esse censebat. Corrigendum autem hoc parum probabili modo: comi *nomen Argivi*.

De *Sinide* nihil indicatum in Fragmentis reperio. Levis coniectura, si quis conservatum in illis *Ὁμήρου Ἐπιμερισμοῦς* Cramer. Anecd. Gr. Vol. I. p. 573, 29. fragmentum Callimachi,

κούρη δὲ παρείατο δακρυχέουσα :

de filia accipere *Sinidis*, *Perigune* (Plut. Thes. 8. Pausan. X. 25, 7.), vellet. Memorabilis utique locus propter *παρείατο*. *Παρείατο: Καλλίμαχος, κούρη δὲ παρείατο δακρυχέουσα. τινὲς πλεονασμὸν ἠγγήσαντο τοῦ α· ἀντὶ τοῦ παρῆν γὰρ ἔστιν καὶ παρεκαθίζετο· οὐκ ἔστιν δὲ πλεονασμὸς ἀλλὰ πληθυντικὸν ἔστιν ἀντὶ ἐνικοῦ τεθειμένον, ὡς τὸ, (Odys. VIII. 503.) οἷδ' εἶατ' εἰν ἀγορῆ.* Etymol. M. p. 653, 20. *Παρείατο δακρυχέουσα, ἀντὶ τοῦ παρῆν ἢ κόρη δακρύνουσα. ἔω τὸ κάθηναι, et quae seq.* Et ex Etymologico Favorinus in Lexico, tum plenius in Eclogis p. 543, 15. Dind.

Neque de sue *Cromyonia* quicquam. Memorabile est, quippe insignitum quasi illa doctrinae Alexandrinae et Calli-

macheae nota: ἔρῆσος, *aper*, Fragm. CCCXXXV. sed quod eo consilio adscripsi, ut monerem alienum videri ab Hecale. Nam vocem inferre in Hecalen velle hac sola de ccussa, quod doctrinae notam habeat, id hariolari est. Praeterea bestiam Cromyoniam, si recte memini, omnes *sueti* vocant, et *Phaeam*: praeter Hyginum, qui *aprum*. Et omnino quibus verbis Tzetzes utitur: ἔρῆσος) τοῦ κριτοῦ. ὁ δὲ Καλλίμαχος λέγει τοῦ κάπρου —, ea, ni fallor, non tam hoc sonant, usum esse aliquando voce ἔρῆσος *aper* Callimachum, quam, disputavisse alicubi de significatione eius vocis, et docuisse, *aprum* esse ἔρῆσον. Quaerebam, an forte Fragm. CCCXXXV. nectendum cum Fragmento CCCIII. esset. *Cromyoniam* scribo, una littera *m*, maxime propter versum certatim laudatum a viris doctis, Ovidii VII. 435. *Quodque Suis securus arat Cromyona* (vel *Cremyona*) *colonus*. Vulgo in libris auctorum veterum, quantum quidem mihi de libris compertum est, Plutarchi (e. g. in edit. Aldina), Diodori, et putaverim etiam Strabonis, scriptura praevalet altera *Κρομμίων*; et *Κρεμμύων* est apud Stephanum Byzantium. Ut fere hanc usitatam fuisse et scriptionem et pronunciationem existimem, *Κρομμίων*; utque eum usum etiam Pausaniam sequutum esse credam eo in loco qui est I. 27, 9. Ovidius, praeunte, ut videtur, poeta graeco, qui fortasse fuit Callimachus, *Cromyona*: bene illi, et suo iure, si, quae minime contemnenda coniectura est, nomen loco *κρόμμινα* dederunt. Sin a Cromo nomen, quae Pausaniae II. 1, 5. sententia: Cromum hunc *Κρόμιον* fuisse, atque inde *Κρομμῶνα*, editores statuunt Pausaniae, non *Κρώμιον* et *Κρωμίων*, ut est in libris. Quod scripsi, nihil me de Sinide et de Sue indicatum in Fragmentis reperire, nolim ita accipi, acsi mirer hoc, atque inde coniciam mentionem horum apud poetam aut nullam aut tantum brevissimam fuisse. Fuerunt apud Callimachum monstra illa omnia. Cuius longior historia fuerit, cuius obiter tantum facta mentio: ut sane probabile est, in uno poetam diutius

moratum esse quam in altero: id nunc dignosci nequit. Viam Thesei et non multum inter se loco distare Cromyōnem et Scironis Sinidisque habitationem discas ex Strabone, VIII. p. 380. (585.) et lib. IX. init. Cf. Pausan. II. 1, 3. 4.

Scironem habemus: Fragm. CCCLXXVIII. ex Hecale, ut coniiicio, et ex hac in qua nunc versamur parte. Schol. Eurip. Hippol. 979. (976. Matlh.) Σκειρωνίδες. ὁ Σκείρων ἐν Μεγάροις ἦν, τύραννος ξένος (ἄξενος coni. Valcken.), ὃν τῆς χελώνῃ ἐῤῥίψεν ὁ Θησεύς. Σκειρωνίδες δὲ πέτραι καλοῦνται ἀπὸ τοῦ Σκείρωνος, ὃς τὴν χελώνην ἔτρεφεν, οὗ μὲ μνηταὶ Καλλιμάχος. οὗτος ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας νίπτειν τοὺς πόδας, καὶ λακτιζομένους ἐπ' αὐτοῦ βρωῖμα ἐποίει γίνεσθαι χελώνης. Θησεύς δὲ τοῦτον ὑπεράνω τῆς κεφαλῆς ῥίψας εἰς τὴν θάλασσαν ἐποίησε βρωθῆναι ὑπὸ τῆς χελώνης. Adscripsi omnia, quia ista fere omnia, quae sunt in scholio posteriori: nam apparet duo esse scholia: complexum esse Theseum Callimachi brevi, sed luculenta narratione, doctisque verbis, existimo. Mirum commentum, dignus artificio Callimacheo locus propter insolentiam immanitatis. Cf. in Lucianum disputata Prolegg. p. 6. Qui multi Scironem commemorant, inter quos tamen non reperitur in partes vocatus Natali Comiti Sosicrates, Meursio in Theseo cap. 6. Salvagnio in Ovid. Ib. 409. Bacheto de Meziriac ad Epistt. Ovid. T. I. p. 142. Valckenario in Eurip. Hippol. 977. 1207. laudati (cf. Cramer. Anecd. Gr. II. p. 261, 27.), non omnes illi testudinis memores, in eo consentiunt, ut in scopulis habitasse Scironem tradant: v. maxime Strabo IX. p. 391. (600. A.) et Hemsterhusius in Lucian. Dial. marin. VIII. Vol. II. Bip. p. 369. sq. quos scopulos etiam posteriori tempore opportuna latronibus latibula fuisse ostendunt Wesselingius ad Diod. Sic. IV. 59. Siebelis ad Pausan. I. 44, 12. Quo statim utar ad explicandum vindicandumque Hecalae versum quendam Callimachi. Nam ex Thesei hac de re narratione primum puto hoc esse:

Ἀκταίην τις ἔνοιεν —

Fragm. CCCXLVIII. Scil. Sciron. Si recte ibi Ernestius *Ἀκταίην* edidit. In Etymol. MS. Paris. *Ἀκταίη* erat, ut est in Etymol. Gud. v. *Ἀττική* p. 91, 6. Et in hoc quidem sic: *Ἀκταίη τις ἔνοιεν*. Sane *Ἀκταῖοι* etiam Attici sive Athenienses dicti sunt, testantibus tum ipso Etymologo Gudiano glossa ea quae praecedat, tum Etymol. Magno in v. *Ἀττικός*, et Stephano Byz. in *Ἀκτῆ*: atque observavi eum usum apud poetas Maximum π. καταρχ. 494. Nonnum XXVII. 282. XLIV. 265. Ut ita accipi liceat *Ἀκταίη τις ἔνοιεν*: *Actaea quaedam* (mulier) *habitabat*. At tamen commendant scripturam Ernestianam ipsi qui laudant poetam grammatici, Eustathius et Etymologi illi. Veluti Gudianus ita: *Ἀττική, παρὰ τὸ ἀκτῆν, καὶ γὰρ παραθαλασσία. Καλλίμαχος. Ἀ. τ. ε.* Ad eundem locum revocandus Interpres Virgillii apud A. Maium, in Georg. IV. 465. *Atticae quae Acte aliquando vocata est, ut Callimachus et alii tradiderunt*. Similia Iun. Philargyrius et Pomponius Sabinus, sed absque nomine poetae. Crebrum nomen in poesi latina. Ut Petronius: *Qualis in Actaea quondam fuit hospita terra Digna sacris Hecale*. Deinde quum de Scirone accipio verba Callimachi, *Ἀκταίην* interpretor non omnem Atticam, sed, id quod nomen sonat, tractum Atticae littoralem inclusa, ad quam Sciron et petrae pertinent Scironides, Megaride. Non obstat, quod *Ἀκταίην* Etymologi et Eustathius *Ἀττικήν* interpretantur. Fuit quum ita scribendum: *Ἀκταίην τις ἔνοιεν*, coniciebam, *qui habitabat*. *τις* cum accentu, ut sit idem quod *ὄστις*, satis notum e Callimacho: *οὐδὲ κελεύθῳ χυίῳ, τις πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει*, ex Nosside, aliis. Cf. nunc Jacobs. in Anth. Palat. Not. crit. p. 88. 740. Pro simplici *ὄς*, ut in hac dictione: *Sciron, qui habitabat*, rarum, ne dicam suspectum. Afferitur Callim. Fragm. CCLXXII. *ὑπεῖρ ἄλω κελῖνος ἐνάσθη, Ἀλκιάθοον τις ἄπυστος* —. Melius utique hoc in loco, quem nunc tractamus, *τις* sine accentu. Et omnino ne altera quidem libertate illa

abutendum est. Quod factum a Brunckio et Th. Burgessio in Callim. h. Ion. 93. ubi mihi quidem interrogationes accumulatae: *τεὰ δ' ἔργματα τίς κεν αἰεῖδι; οὐ γένει, οὐκ ἔσται τίς κεν Λιδὸς ἔργματ' αἰεῖσει;* si placere dicerem, mentirer, at anhelanti alacritati, quam affectat hic illic in Hymnis Callimachus, sunt accommodatissimae. Similis interrogationis cupiditas cernitur in Oraculo Milesiis dato, apud Diogenem Laert. I. 28. *Ἐγκοινε Μιλήτων, τρίποδος πέρι Φοῖβον ἐρωτῆς; τίς σοφίη πάντων πρώτος; τούτου τρίποδ' αὐδῶ.* quod paene praetulerim tam aliorum scripturae auctorum veterum: ὅς σοφίη πάντων πρώτος, quam Hübnerianae: *τίς σοφίη* —. Et Gregorius in Carm. LXIII. 275. maluit: *τίς πρώτος χροίησε θεοῦ πλάσιν; ὡς ἀπόλοιτο πρώτος ἀναιδείην χρώμασιν ἐγκεράσας:* quam *τίς πρώτος — πλάσιν*, sine interrogatione. *Ἀκταίην τις ἔναιεν* in mentem revocat supra Cap. IV. p. 513. indicata iuitia HomERICA. Quod deest ad versum, quaerebam an adscito Fragmento CCCXXXIV. supplendum esset, ita:

Ἀκταίην τις ἔναιεν, ἐν' ἄλλερα πολλὰ τέλεισκεν.

Verum si hoc, non ipsum initium putem narrationis de Scirone esse, sed praecessisse tale quoddam vocabulum, quale est *λησιτής, ὄβριστής. latro quidam Actaeam habitabat, ubi etc.* Nunc talis fere confirmatio loci obversatur: *Ἀκταίην τις ἔναιεν ἀτάσθαλος, αἰδουλοεργός.* Dico conformationem: verba non praesto. Deinde Fragmentum est a Ruhnkenio publicatum CCCXXXVIII.

ὅς δ' ὥστ' ἔξ ὀχεῆς ὄφρις αἰόλος ἀνχέν' ἀνασχών.

ingeniosa emendatio Ruhnkenii in Epist. Tittm. p. 35. in Callim. Ernest. p. 574. et Epist. crit. II. p. 189. Ernestius male et contra mentem Ruhnkenii pro ὥστ' edidit ὡς. Vulgo, in Orionis Etymologico: — *Καλλίμαχος· οἱ δ' ὥστ' ἔξ ὀχεῆς σοφίσαι ὄλως ἀνχέν' ἀναυχῆν.* Ubi ὥστε et ἀνχένα ἀναυχην in ed. Sturz. p. 165. Ruhnkenii emendationem Toupiannae Emendd. in Suid. P. III. Vol. II. p. 253. sq. (T. I. p. 481. Lips.) etiam Valckenarius praetulerat ad Theocr. Adoniaz.

p. 255. A. etsi, ut verum fatear, non perspicio quid reprehendi in coniectura Toupii, οἱ δ', ὡς ἐξ ὀρχεῖς ὄφρις αὐόλος ἀνχέν' ἀνέσχευ, debeat. Et Toupius quidem ita a se scriptum de Hercule et Iolao in hydra occupatis intelligi volebat. Ruhnkenius suum de quo viro aut monstro acceperit, non prodit. Ego narrantem Theseum, quomodo e saxis Sciron sive in ipsum Theseum, sive ante in viatores alios prorerit, agnosco. ὅς δ' i. e. ὁ δέ, si non obvium alibi apud Callimachum, cuius unum tantum exemplum recordor Fragm. CCLXXXVIII. ex mea (Cap. IX. p. 19.) coniectura, at usitatum aliis, ut Theocrito XXV. 142. Bioni I. 82. 83. 85. Meleagro II. 5. ex emendatione satis probabili Graefii, qui id saepe inveniri in Anthologia observat; et apud Nonnum ὁ μὲν — ὅς δέ innumeris locis, et ὅς μὲν — ὁ δέ. Annotavi obiter Anthologiae locos, sed omissis iis, qui multi sunt, ubi nominativus est, ὅς δέ, quod omnium frequentissimum, et ubi ὅς μὲν. ᾗ δέ Alexander Anth. Palat. T. I. p. 243. 182, 5. Alcaeus ibid. p. 244. 187, 5. 6. Meleager T. II. p. 479. 94, 3. ἦ δ' Ἀδηλ. T. II. p. 667. 135, 5. ᾗ μὲν — ᾗ δέ Ἀδηλ. ibid. p. 706. 265, 7. 9. ὄν δ' Antipater Sid. T. I. p. 189. 14, 5. Zosimus p. 243. 184, 5. ὄν μὲν — ὄν δ' Onestes T. II. p. 101. 292, 1. ὄν μὲν Argentarius T. II. p. 286. 18, 3. οἷς μὲν Macedonius ib. p. 527. 27, 5. ἄς μὲν — ἄς δέ Meleager ibid. p. 489. 127, 5. Semper conditione hac, ut δέ sequatur aut μὲν. Igitur hac quoque ex parte laborat dudum alia de caussa repudiatum commentum in Epigr. ἀδεσπ. CCLI. (A. Pal. T. II. p. 682.) Brunckii: ὅς θύρωσσι δεινός, ὁ δὲ ῥοπάλω. Semel ὅς γάρ repperi, Ἀδεσπ. A. Pal. T. II. p. 218. 615, 7. Hic est satis constans eorum usus, qui Epigrammata scripserunt. Quem tamen non contendo semper observatum esse ab omnibus. Fortasse iam antiqui aliter hic illic. Et recessit Gregorius Theologus in Carminibus, apud quem ὅς hic etiam solum reperitur, quo Brunckius modo in Epigr. ἀδεσπ. CCLI. volebat, et ὅς γάρ, et ὅς τε — ὅς τε, hic — ille, et ὅς λόγος

hic sermo. Mitto qui prosa oratione ὅς illud usurparunt, etiam recentiores: ut Aristaenetus ex admonitione Boissonadii p. 387. ὀχεῆ: Aratus 1026. (294.) et ubi ὀχεῆς, 956. (224.) Nicander Ther. 139. ubi ὀχεῆσιν de latibulis serpentis, ut apud Callimachum. Orphei Arg. 79. locus dubius. χειαῖς Nicander Ther. 79. χειή, post Homerum, Oppian. H. II. 291. IV. 618. Cyneg. I. 522. II. 258. Orph. Lith. 467. Nonnus XII. 327. et ex probabili emendatione, XXV. 537. Nonno XII. 327. ubi: πετραίην βαθύκολπον ἐδύσατο γείτονα χειήν, Ἐΰιον ἀφρήσας, ὄφρις αἰόλος: Ruhnkenius versum obversatum esse Callimachi putabat. ὄφριν αἰόλον etiam Orpheus Lith. 704. αὐχέν' ἀνασχῶν alio sensu Gregorius Theologus Carm. arcan. VIII. 94. Denique quod Pausanias I. 44, 8. narrat: τὰς δὲ μετὰ ταύτην (petras) νομίζουσι ἐναγεῖς, ὅτι παροικῶν σφίσι ὁ Σκίρων, ὑπόσοις τῶν ξένων ἐπετύγγανεν, ἤφιει σφῶς ἐς τὴν θάλασσαν. χελώνη δὲ ὑπενήχeto ταῖς πέτραις τοὺς ἐσβληθέντας ἀρπάζειν: in his illa avide adnatans testudo dignam carmine, et dignam Callimacho imaginem praebet. Non dico a Callimacho id habere Pausaniam, sed fortasse eadem Callimachus usus imagine est. Alia imago, vel etiam coniungenda cum illa, in Ciri est: *infestum* Megarensibus *dirae testudinis Spelaeum*. Enatabat e spelaeo, quoties novam devolutam praedam senserat.

Moranti in fabula Scironis, et in tractationem eius poeticam, quae quidem potuerit esse, inquirenti curiosius non incredibile videbitur, brevi ante Fragm. CCCCXXXVIII. spatio, duorum versuum, vel unius tantum, antecessisse Fragmentum CCLXXVII.

μαστύος ἀλλότ' ἔκαμνον ἀλητιῖ.

vel ex speciosa Eldikii Susp. Spec. Cap. IV. et Iacobsii Anth. Gr. T. IX. p. 145. emendatione:

μαστύος ἀλλ' ὄτ' ἔκαμνον ἀλητιῖ —.

ἀλλά secundo loco positum ex usu Callimachi, h. Iov. 18. Epigr. V. 11. Crebrum in Anthologia: Iacobs. in Anth. Palat.

Not. crit. p. 535. cui, ut ipse monet multos alios locos esse, statim tria quae addas unus suppeditat Crinagoras XII. 5. XXIV. 5. XXXIII. 5. Non attinet reliquos addere, inter quos sunt tam antiqui quam Damagetus, Philodemus. Aratus v. 648. ex emendatione Buttmanni. Magis audacter, sed tamen cum nescio quā elegantia, Moschus III. 50. *λυπέσθε, πελειάδες, ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς*. Callimachus h. in Del. 118. *Πήλιον, ᾧ Φιλύρης νυμφῆιον, ἀλλὰ σὺ μεῖνον*.^{*} Scio aliunde locupletari atque illustrari hanc quaestionem posse, et ex antiquioribus, e. g. ex Tragoedia. Meam in rem plerumque sufficit, aequales Callimacho aut suppare aetate, et vero arte, poetas apposuisse. Quacsiverat, ut conicio, Theseus Scironem per rupes et antra. Tum fatigato repente apparuit famosus latro. At sentio quam hoc dubium sit: minus dubia priora de Fragm. CCCXLVIII. et CCCXXXVIII. Sed omnino illud recte statuo in universum, Theseum non inopinantem, dum iter faceret, incidisse in latrones, feras: quaerebat eos per occasionem itineris, ut exstirparet. Ut Callimachus *μαστός-ἀλητύ*, ita Nonnus I. 45. coniunxit *μαστήρος ἀλημόνος-Κάδμων*. cf. ibid. 365. *ἀλητύος* Manetho III. 379. usurpat sive a Callimacho acceptum sive a se suum in usum factum. Scilicet effingendi talia libertatem etiam recentioribus fuisse putem: ut *ποθητύν* ex uno Cynegeticorum scriptore II. 609. annotatum habeo. Delectari nostrum formis ionicis in *τύς* (*ἀλητύς, ἄρπακτύς, ἄσπαστύς, γελαστύς, διωκτύς, μαστύς*, et fortasse *ἀφραστύς*, et similis magis quam vere cognata, sed non suspecta, ut Siebelisio in Istri Fragm. videbatur, forma *τριτύς, θυσία*: Callim. Fr. CCCCHI.) monitum Cap. III. p. 571. sq. Eorum nominum quantitatem ut attingam obiter, admonet facta ex hoc Callimachi loco ingeniosa Tourpii coniectura in Soph. Philoct. 43. *ἀλλ' ἦ' πὶ φορβῆς μαστῶν ἔξελέλυθεν*. Ubi Hermannus non abhorruisse ab huius formae usu Atticos apto exemplo Platónico, *σωφροιστύς*, ostendit. At sapienter ideam de eo dubitationem esse significat,

an non recte *μαστύν* corripiat ultimam. Scilicet quotquot post Brunckii factas non uno loco observationes, et maxime post diligentiores Spitzneri, Wernickii disputationes (Graefii commemorata ab Iacobso in Anth. Pal. Not. cr. p. 692. non ad manum est), certa prostant correptionis huius ex poetis Atticis et recentioribus quibusdam exempla, et quae his addas exempla, fere omnia in nominibus eiusmodi versantur, quae cum nominibus ionicis in *τύς* non ab omni parte recte compares. Si in *νηδύν* corripere ultimam Euripidi Androm. 356. Cycl. 574. licuit, non sequitur necessario, idem licuisse Sophocli in nomine verbali raro, ionicum in modum formato, *μαστύς*. Ut taceam, etiam illo in genere, ex quo *νηδύς* est, fortasse praevaluisse usitatam antiquis poetis epicis productionem: *νηδύν* est ultima producta apud Aristiam Athen. XV. p. 686. A. tum apud recentiores multos vel plerosque, Nicandrum Alexiph. 416. Oppian. H. II. 580. Cyneg. III. 150. 157. Orph. Lith. 275. Quint. Sm. IX. 189. Alcaeum Mess. XIV. 2. Philodem. XXVIII. 3. Crinagoram XIII. 6. Contra Callimacho h. in Dian. 160. si *νηδύς* ultima correpta placuit, ut placuisse certum est grammaticorum testimoniis et propter Nonnum XLVI. 318. cum Ioanne Gazaeo et Agathia, ut mitam Apollinarem, Gregorium, Palladam: num propterea eidem *ἀκεστύς* Epigr. XLVIII. (XLIX.) 7. placere eadem conditione debuit? Unum est verbalibus, quale *μαστύς*, equiparandum *κλιτύς*, *κλιτύν*, ultima correpta, apud Sophoclem Antig. 1144. Trach. 271. Euripidem Hippol. 227. Bacch. 409. Nicandrum Alexiph. 34. apud Lycophronem bis, et Niciam in epigrammate, sed in quo vocabulo fortasse multus usus fecerat, ut negligeretur mos antiquus producendi. Et *θελκύν* apud Apollonium I. 515. ex emendatione, sed non ita certa, ut nihil dubites, Brunckii. Mitto recentissimos, ut Apollinarem, qui in *ἐλεητύς*, *ἐλεητύν*, ultimam corripit saepissime; Gregorium, qui in *ἐδητύν* Carm. XLIX. 31.

Contemplandum mihi sumpsi Alpum Nonni XLV. 173. sqq.

et alibi, an forte factus ad similitudinem Scironis Callimachei videretur. Sed nihil video, quod iste crudelis aeque ac ridiculus terrae filius commune cum Scirone habeat, praeterquam quod rupium habitator fuit, ut Sciron, et quod terriculamentum viatoribus.

De Cercyone etiam magis probabilia, vel, quatenus quidem aliquid in his rebus certi est, magis certa quam de Scirone habeo. Primum quo unius nominis, sed vetusti ac reconditi, memoria conservata est, Fragmentum LIV.*

Ἰαπίς,

et ipsum planissimum est, et multam recte intellectum lucem omni disputationi huic affert. Narrat Theseus ex Megaride se in agrum penetravisse Eleusinium. Ibi *Iapis*. Stephanus ita: *Ἰαπίς, χαράδρα Ἀττικὴ εἰς Μέγαρον ἀπάγουσα, ὡς Καλλίμαχος Ἐκάλῃ.* ubi tam rarum nomen felici coniectura A. Berkelius, I. Gronovius p. 798. ed. Pined. et aliquanto plenius in ed. Berkel. Append. p. 17. a. itemque Holstenius, e Stephano restituerunt Scylaci binis locis: *Παράπλους δὲ τῆς Μεγάρων χώρας μέχρι Ἰαπίδος, ἐστὶ γὰρ οὗτος ὄρος τῆς Ἀθηναίων χώρας, στάδιοι ρμ'. et paullo post in descriptione Atticae: Ἀπὸ Ἰαπίδος χώρας ἐπὶ Σούνιον στάδια — utrobique vulgo Ἀπίδος legitur. Recte hoc quoque Gronovius, quod quam *χαράδραν* Stephanus, eadem Scylacem potuisse *χώραν* vocare animadvertit. Tum haec quae tradidimus e Stephano et Scylace, facile conciliantur cum determinatione finium vulgari Strabonis IX. p. 595. (604. D.) Plutarchi Themist. c. 13. qui montibus duobus, *Κέρρατα* appellant, Megareuses dirimi ab Attica scribunt. Scilicet per *Κέρρατα* Iapis ducebat *χαράδρα*. Nisi viae fuerunt duae. Apud Pausaniam I. 39. fines non determinati diserte, sed proximae finibus Megarensium regioni agri Attici, et quidem Eleusinii, assignatur Cercyon, dum haec ordine enumerantur Eleusine proficiscenti versus Megaridem obvia: *φρέαρ Ἀνθιον, ἱερὸν Μεγαρείδας, ἰάφοι τῶν ἐς Θήβας, Ἀλόπη* (Cercyonis filiae)*

μνήμα, denique ultimo loco *Cercyonis palaestra*. καὶ ὁ τόπος οὗτος παλαιόστρα καὶ ἐς ἐμὲ ἐκαλεῖτο Κερκύονος, ὀλίγον τοῦ τάφου τῆς Ἀλόπης ἀπέχων. Eo igitur Theseus se pervenisse per Iapidem narrabat. Sequitur *Fragm. CXLIII*.

ὅς ῥ' ἔφηνεν μὲν

Ἄρκαδιην, ἡμῖν δὲ κακὸς παρενάσσατο γείτων.

Praeclare Ruhnkenius: *Hi versus ad Hecalen referendi sunt, cui Theseus suam cum Cercyone pugnam narravit. Epist. crit. II. p. 183. Adstipulatur Boissonadius p. 201. Non tacendum est, apta etiam Hecalae verba esse, tali quodam nexu: novi te, Theseu, vel: saluto te victorem ac vindicem; tu enim Cercyonem perdomuisti, illum, ὅς ῥ' ἔφηνεν etc. Sed praefero narrationem Thesei continuam; atque egregie ἡμῖν dicit Theseus, etsi tum quidem, quum congrederetur cum Cercyone, nondum civis fuit Atticus: at nunc est, suamque merito patriam facit Atticam, dum narrat ante gesta. παρενάσσατο usitate. Memorabile est quod aequales Callimacho poetae, et posteriores, ita utuntur verbo νάσσατο, et ipso hoc παρενάσσατο, ut sit, quod vulgo dicitur, transitivum: de quo Brunckius ad Epigr. ἀδεσπ. XVIII. 6. p. 260. ad Apollon. Rhod. I. 1536. Scire me velim, an quid Ruhnkenius, quum illud paullo ante commemoratum scriberet, coniunctum cum ea disputatione aliud in mente habuerit. Fortasse illi haec, quae expono de Cercyone, omnia obversabantur. Certe idem in Epistt. Tittm. p. 21. sq. et rursus ad Callim. Fr. CCXLVII. ed. Ern. coniectura admodum felici ad Callimachum retulit poetae non nominati fragmentum apud Suidam v. Ἐαρ et v. Ἄξεινος:*

ἦχι κονίστραι

ἄξεινοι λύθρω τε καὶ εἶαρι πεπλήθασιν.

Fragm. Call. Blomf. CCCCXCI. Quod hoc in nexu sententiarum, quo est a me positum, nemo non ex Hecale esse, et de palaestra intelligendum Cercyonis coniiciet. Blomfieldius ne hoc quidem operae impendit, ut Suidam inspiceret annotationemque Kusteri, qui testimonium addit minime conte-

inendum Eustathii in Odys. XVIII. 367. p. 1851, 45. *Ἰοτέον δὲ καὶ ὅτι Ὀλπιανὸς μὲν καὶ τὸ αἶμα ἔαρ ἔφη διὰ μόνου τοῦ ε̄ φιλοῦ, ἕτερος δὲ τις διὰ τῆς ε̄ι διφθόγγου ὁμοίως τῷ ἀ- τῷ, ἐνθα περὶ λησθηρίου γράφει τὸ, ἦχι κονίστραι ἄξεινοι λύθρη τε καὶ εἶαρι πεπλήθωσι.* Ex Suida haud dubie: illud autem, de quo nihil apud Suidam, ἐνθα περὶ λησθηρίου γράφει, non dubito quin de suo addiderit Eustathius coniectura sane non infelici. Apud Suidam in Ἄξεινος, quem locum nunc uncis inclusit Gaisfordius, πεπλήθωσι legitur, ut apud Eustathium; et ante Gaisfordium ἄρει pro εἶαρι. In v. Ἐαρ semper recte εἶαρι πεπλήθωσι. Et sunt idonea formae huius πέπληθα exempla Pherecratis, Antimachi, Arati, apud Buttmannum, ubi de verbo πίμπλημι agit; tum haec, Theocrit. XXII. 58. Dionys. P. 1100. Oppian. H. IV. 691. V. 178. Maxim. 518. Maneth. IV. 82. Quint. Sm. IX. 595. XI. 160. Formae Blomfieldianae, πεπλήθουσι, non item, nisi eo aliquis trahi πεπλήθωσιν Arati 841. (109.) iusserit. Quo Callimachum agnovit Ruhnkentius, ἔαρ maxime est, sive εἶαρ, dilectum doctis poetis, quibus, ut meum faciam verbum Salmasii, γλωσσήματα cordi, (τοῖς νεωτέροις Schol. Nicandri) vocabulum: Callimacho Fragm. CCXLVII. et de oleo Fragm. CCI. tum Euphorioni Fragm. XXXVIII. 3. Nicandro Thec. 701. ex emend. Schneideri, Alexiph. 514. et de oleo ibid. 87. denique Oppiano H. II. 618. Cf. praeter laudatos Ruhnkenio Scaligerum in Manil. V. 212. p. 567. Hemsterhusium in Lucian. Deor. dial. p. 241. (Vol. II. Bip. p. 292.) Salmasius Exerc. Plin. p. 906. b. Toupus Addend. in Theocrit. p. 405. Animadv. in Schol. Theocrit. p. 218. Wakefieldius Silv. cr. P. II. p. 112. et indicatae ab Hemsterhusio glossae Hesychii, illa quoque, quae valde antiquum sonat, ἱαρπάλαμος. et de voc. εἰαρῶπις Schol. Hom. II. XIX. 87. Townl. et Vict. εἰαρόχρον cur ἱασπιν Lithicorum scriptor v. 264. appellet, dubium inter Tyrwhittum Ruhnkeniumque, qui *viridem* interpretantur, et Wakefieldium I. I. qui *purpuream*. Et Wakefieldii sententiae

quodammodo Dionysius Perieg. 724. ubi ἡερόεσσαν Ἴασπιν, quod ἀερώδη, σκοτεινήν, interpretantur, et magis etiam Plinius H. N. XXXVII. 8. (57.) favet, maxime ubi scribit: *Optima ergo (iaspis), quae purpurae quicquam habet. ἐαρόχροον*, ab ἔαρ *ver*, non tam id dici putem, quod *viride* est simpliciter, quam quod, ut Hemsterhusii in Luciani Nigrin. p. 247. Vol. I. Bip. verbis utar, *grata colorum varietate vernat*: cf. Nonnus X. 189. XXXIV. 109. Atque haec videtur vocis ἐαρόχρους potestas apud Paullum Silentiarium esse Ἰαμβ. 259. Fuit etiam εἰαρίτης, h. e. αἱματίτης, λίθος. Scholion est in Nicand. Alexiph. 314. inter ea, quae sunt in margine apud Aldum, quod scholiorum genus nimis neglexit Schneiderus: — εἶαρ δὲ τὸ αἷμα φησὶ παρὰ τὸ ἐν ἔαρι πλημμυρεῖν. Ἀγλαΐας δὲ εἰαρίτην τὸν αἱματίτην λίθον φησὶ. In Scholio Alexiph. 87. ubi vulgo: — καὶ Καλλίμαχος ἐλαίας τὸ αἷμα τὸ δαῦον εἶπε, ante Bentleii ad Call. Fragm. CCI. emendationem, quae talis est: καὶ Κ. ἐλαιον τὸ αἷμα τοῦ λύθρου εἶπε, Casaubonus in Suet. Octav. 67. tentaverat: καὶ Κ. ἐλαίας αἷμα τὸ ἐλαιον εἶπε. Quod e cod. Gotting. Schneiderus p. 296. profert, ἐλαίου τοῦ αἵματος, in neutram sententiam proficit. Igitur Callimachus quum meminisset Homericum αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον, unde ipse λύθρῳ πεπαλαγμένα - τεύχεα scripsit in Lavacro Palladis, et quum posset λύθρῳ τε καὶ αἵματι πεπλήθασιν, praetulit magis exquisitum λύθρῳ τε καὶ εἶαρι. Cum Homero Nonnus XXV. 68. λύθρῳ — καὶ αἵματι, et IV. 447. αἵματος — λύθρῳ, XXXVI. 199. φόνον - λύθρῳ. et τεύχεα — πεπαλαγμένα λύθρῳ Quintus X. 60. cf. id. IX. 147. XI. 14. 475. κοníστραι idem Callimacho, quod Pausaniae παλαίστρα Cercyonis. Laudatur Lycophro v. 866. 7. ἦξει δὲ ταύρου (Erycis) γυμνάδας κακοξένους πάλης κοníστρας. ubi quae a Bachmanno proferuntur verba Eustathii: κοníσθαι γὰρ τὸ ἀγωνίζεσθαι, ὅθεν καὶ κοníστρα ἢ κατὰ τὴν παλαίστραν μάλιστα παρὰ τοῖς ὕστερον, aut ad Lycophronem spectant, aut ad locum, quem non ignotum fuisse Eustathio vidi-

mus, Callimachi. Sic quam alii, ut Philostratus in Imaginibus, *palaestram* dixerunt Antaei, poetae latini nonnulli *pulveris* significare mentione satis habent: Gronov. Diatr. in Stat. III. 1. p. 145. Ac Lycophroni fortasse obversabatur Callimachus illud scribenti: satis inter se similia *κακοξένους κονίστρας* et *κονίστραι ἄξινοι*. *ἄδικος εἰς τοὺς ξένους* Cercyon etiam Pausaniae audit. Ne quem temporis significatio praesentis, *πεπλήθασιν*, male habeat, tenendum est, describi locum, qualem accedens ad Cercyone[m] viderat Theseus, et rursus qualem victo Cercyone reliquerat: *ubi* (etiamnum) *palaestra inhospitalis caede et sanguine horret ac repleta est*. scilicet hospitem cruore, quos ad luctandum Cercyon cogere invitos, et postquam vicisset, occidere solebat. Nam ita hoc accipiendum haud dubie. ut non prorsus recte Schol. Platon. p. 229. scribat: *οὗτος γὰρ τοὺς παριόντας ἠνάγκαζε παλαίειν, καὶ παλαίων ἀνήγει*. Scilicet in eo ludibrium quoddam positum erat luctatoris crudelissimi, quod parem facere conditionem victique ut haud iniuria mori viderentur. Idem paullo ante commemorati Erycis mos fuit, et Amyci: quamquam de genere certaminis diversa traduntur. Recordor ex Virgilio Caci latronis non palaestram, sed speluncam *Solis inaccessam radiis*: semperque recenti Caede tepebat humus, *foribusque adfixa superbis Ora virum tristi pendebant pallida tabo*. Quae rursus imago, capita affixa foribus, Antaeum Pindari Isthm. IV. 92. (III. 72.) et commemoratos ibi in scholiis Diomedem Thracem, Evenum Bacchylidis, Oenomaum Sophoclis, et Nonni locos in mentem revocat tum alios, VIII. 237. XXVII. 219. XLVI. 232. tum hos, in quibus propter magnam rei similitudinem, credibile est ductos e Callimachi loco de Cercyone colores esse, de Lycurgo lib. XX. (155. 174. 517.) et maxime de Pallenēs patre, Sithone, lib. XLVIII. Apponam quae aliquid in verbis similitudinis cum his paucis, quae ad nos pervenerunt, Callimachi verbis habent. XX. 170. *κακοξένους πυλωῶνας*. 179. *στικτὴ δὲ κόνις φοινίσσεται*

λύθρω δώματος ἀμφὶ θύρετρα. XLVIII. 96. — μνηστῆρας ἀπέθρυσεν, ὧν ὑπὸ λύθρω κτεινομένων καναχηδὸν ἐφοινίσσοντο πάλαιστραι. 103. καὶ μιν ἄγων ἐπέβησε κακοξείνοιο παλαίστρης. 222. sqq. μνηστήρων σκοπιάζε σεσηπῶτα λείψανα νεκρῶν, — — — ἦνίδε κεῖνα κάρηνα, θαλούσια σείο μελάθρων, λύθρον ἔτι στάζοντα κακοξείνων ὑμνεαίων.

De Cercyone narrationem aut praecedere aut proxime sequi debuit, sed puto praecedere, Fragmentum quod nunc est LVI.*

Μελαινεῖς, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Καλλιμαχος δὲ Μελαινὰς φησι τὸν δῆμον ἐν Ἐκάλῃ.

ἐν Ἐκάλῃ ex emendatione, cui diffiderem, desumptumque locum, ut vulgo legitur — τὸν δῆμον κεκλήσθαι, ex alio opere Callimachi, prosa oratione scripto, ut Fragmentum CCCLXVII. existimarem, nisi ἐν Ἐκάλῃ vestigiis niteretur librorum scriptorum. Sic e cod. Rehdig. annotatum τὸν δῆμον καὶ κεκάλῃ. Conficit rem, quod ipsa poetae verba nuper reperta sunt. Etymol. Gud. p. 300, 11. — χωρὶς τοῦ πτώξ, πολυπτῶξ, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ.

πολυπτῶκές τε Μέλαιναι.

Μέλαιναι δέ εἰσι τόπος τῶν Ἀττικῶν. Et Choeroboscus Bekkeri Anecd. III. p. 1191. et in Annotatt. ad Etymol. M. subiectis Etymologico Gud. p. 886. — χωρὶς τοῦ πτώξ πολυπτῶξ, πολυπτῶκές τε Μέλαιναι. τὸ δὲ Μέλαιναι τόπος ἐπὶ (vel ἐστὶ) τῆς Ἀττικῆς. In Etymol. Magno bis est πολυπτῶξ, p. 435, 35. 659, 21. in eadem disputatione, et haud dubie ex loco eodem. Simul docemur hoc fragmento, non requiri, ut propria his Melaenis fabula quaedam eruatur. πολυπτῶκές τε Μέλαιναι qui legerit, extemplo sentiet, ni fallor, loca enumerari praeter Melaenas alia; et loca quidem, ut ego censeo, quae apparuerint iter facienti Theseo, sive adenda per occasionem itineris, sive dextra sinistrave parte relinquenda. *Melaenas* ut in hac parte itineris ponam, primum Staius facit, Theb. XII. 618. 9. *Mittit in arma manus genialibus ho-*

spita divis Icarii, Celeique domus, viridesque Melaenae. ubi Icarii Celeique habitationi, quorum hunc communis fabula Eleusini assignat, non temere adiunctae Melaenae videntur. Etsi non deceat accuratam topographiae observationem expectare a Statio, qui paullo post, aliis locis interiectis, iterum diserte Eleusinem infert, v. 627. Deinde cum interpretibus Stephani, Berkelio, Holstenio, et Valesio in Harpocrat. p. 429. Vol. II. Lips. easdem Callimachi Melaenas esse et Melaenas sive Celaenas statuo illas, de quibus bellum olim gessisse Athenienses cum Boeotis, victoriamque miro quodam eventu obtigisse duci Atheniensium narrant Polyaeus I. 19. Scholiastes Aristophanis Pac. 890. Acharn. 146. Suidas v. Ἀπατούρια et v. Κελαιναί, Etymologus v. Κουρεῶτις (cf. v. Ἀπατούρια, sed ubi nomen non est loci), Mich. Apostolius III. 74. Quum easdem dico, locum fere eundem volo. Nam differt Callimachus a caeteris eo, quod ipse Melaenas δῆμον vocat, illi suas χωρίον. Praeterea ut de scriptura quaestionem, Melaenae an Celaenae, aliis disceptandam relinquam, utque mittam differentiam accentus, Μελαιναί an Μέλαιναι, quorum illud fere magis se commendat, rursus aliud differunt Etymologus l. I. apud quem Μελαίνης genitivus, et Harpocrat. v. Ἀπατούρια, apud quem τῆς Μελαινίας (vel Μελανίας) χώρας. Iam Melaenas s. Celaenas illas quum Polyaeus, caeteri, χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας vel χωρίον ἐν μεθορίοις appellent, quaerenti qua in parte finium, probabilis parata responsio ex Etymologo et Conone est, fuisse Oenoae vicinas: nam sic Etymologus: Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς πόλεμον ἐχόντων περὶ Οἰνόης καὶ Μελαίνης; Conon autem Narrat. XXXIX. de eodem bello: Ἀθηναίοις δὲ καὶ Βοιωτοῖς πόλεμος ὑπὲρ Οἰνόης συνέστατο, omissis Melaenis. Quae Oenoae si est, ut est haud dubie, vicinus Eleutheris δῆμος τῆς Ἱπποθωνίδος, de quo demo sunt Strabonis VIII. p. 575. (577. A.) Harpocratonis v. Οἰνέη (vel potius Οἰνόη) testimonia, et viris doctis, Hemsterhusio in Lucian.

p. 458. Wassio ad Thucyd. II. 18. Valckenario ad Herodot. V. 74. disputata, sequitur quod nostram in rem requiritur, fuisse *Melaenas* finibus Boeotiae simulque Megarensium conterminas, vicinas Eleusini. Propter bellum illud addam iam laudatos Scaligero Anim. in Euseb. p. 57. a. et Valesio I. I. Nonni versus XXVII. 301. sqq. ubi Iuppiter Minervae: *αἰγίδα σεῖο τίνασσε, προασπίζουσα Αναΐου, σεῖο κασιγνήτου μελαναιγίδος, ὃς σέο πάτρην ῥύσεται, ἐξελάσας Βοιωτίον ἡγεμονῆα· καὶ μέλος αἰεῖσει ζωάργιον ἀστὸς Ἐλευθοῦς, πιστὸν ἀνευάζων Ἀπατούριον ὕψα Θουάνης. ἀστὸς Ἐλευθοῦς, Eleusinius, civis Cereris. Sic solet Nonnus: *ναέτην-ἀπειρωδίνος Ἀθήνης, σαόφρονος ἀστὸν Ἀθήνης, ἀμήτορος ἀστὸν Ἀθήνης*, XXVII. 110. XLVII. 365. XLVIII. 680. alibi. Dicit tamen etiam altero modo: *Ἰναχίης-ἀστὸς ἀρούρης, ἀστὸν Ὀλύμπου, ναετῆρας Ὀλύμπου, Ἀττίδος-ναέτης, Κεκροπίης ναέτης*, III. 261. VIII. 95. 97. XIII. 258. XIX. 70. 79. et similia. Atque eo referendum XXIV. 96. *ναετῆρα θεοκρήπιδος Ἀθήνης*. ut *Ἀθήνης urbis* nomen sit. Urbem etsi Nonnus *Ἀθήνας* appellare solet usitate, est tamen ubi *Athenen*: XLI. 274. *ἐς εὐρουάγουαν Ἀθήνην*, ex Odyss. VII. 80. Verum, quod gravius, memorabilis est insolentia, sive errorem dicere malis, sive audaciam ex etymologia (Etymol. M. et Gud. in *Ἐλευσις*) novum nomen eruentis poetae, sive doctrinam reconditam, sed insolentia utique, quod illic XXVII. 504. *Ἐλευθῶ* dixit Cererem. Vulgo *Ἐλευθῶ* non Ceres audit, sed Ithytia. Notum ex Pindaro: cf. Antip. Thess. XXXVIII. (A. Pal. T. II. p. 92.) 3. Paull. Sil. LXXXIII. (A. Pal. T. I. p. 490.) 3. Phurnut. c. 34. Hesych. v. *Ἐλευθῶ*. Apud Hesychium in v. *Ἐπιλυσάμενη*, unde nonnulli (Gyrald. Opp. T. I. p. 365. C. Mitscherl. in H. h. Cer. p. 118.) Cereris cognomen *Ἐλευθῶ* afferunt, *Ἐλευθῶ* Musuro debetur. Ut ad geographica redeam, idem ille Nonnus in Catalogo lib. XIII. ubi loca Atticae varia enumerat, v. 182. quam *Oenoen* debebat, animadvertente Graefio, *Oenonen* vocavit: *Οἰνώνης γόνιμον πέδον*. Non di-*

cam utrum per commoditatem metricam an vetusto errore. Apud Strabonem memini, certe in Tzschuckii T. III. p. 247. sq. libris, constantem scripturam esse *Οἰνώνη* pro *Οἰνόη*. Caeterum, quod iam significatum est, Melaenas ipsas, ut puto, non adierat Theseus, sed per agrum pergens Eleusinium, atque ex Eleusinio agro contra Procrusten, reliquerat in sinistra parte sitas.

Non definio, ubi primum ex Megaride egresso, per agrum Eleusinium pergenti versus Athenas *ἄκρα* conspicua fiat *Κωλιάς*. Sed hic, inter Cercyonem et Procrusten, posuerim Fragmentum DXI*. Addend. Blomf. monstratum ante a Fabricio Bibl. Gr. Vol. II. p. 484. Quod ita interpretor, progredienti Theseo conspicuam factam, vel indicatam esse, *ἄκραν Κωλιάδα*, sive positum in eo promontorio templum Veneris *Κωλιάδος*. Suidas: *Κωλιάς. ναός ἐστὶ τῆς Ἀφροδίτης οὕτω καλούμενος, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τὴν προσσηγορίαν λαβών.* sequitur historia de iuvene Attico, qui aliquando raptus a Tyrrhenis, postea liberatus ope puellae, templum hoc Veneri *ἐπὶ τῆς ἀκτῆς, ἀφ' ἧς ἤρπύγη*, condiderit appellaveritque *ἀπὸ τῶν κώλων, ἃ ἐν τοῖς δεσμοῖς κατεπονείτο*. alios narrare de accipitre, qui in Ionis sacrificio *κωλῆν* rapuerit:

— *ὄθεν ὁ τόπος Κωλιάς ἐκλήθη. μέμνηται καὶ Καλλιμάχος ἐν Ἐκάλῃ.*

Ex Scholiis Aristophanis in Nub. 52. sed e codice his nostris pleniore: deest enim in nostris testimonium Callimachi, pro quo explicationem nominis tertiam subministrant, illis prioribus certe non deteriore: *οἱ δὲ, τόπον εἰκότα κώλοις ἀνδρός, ἐνθα ἡ θεὸς τιμᾶται.* Recte ibi unus scholiastes et scriptores alii *Κωλιάδα* non templum, sed deam vocant, et promontorium: *Ἀφροδίτη Κωλιάς, Κωλιάς ἄκρα, ἡϊών.* V. Pausanias I. 1. extr. et quos ibi laudat Siebelis, et ad Lycoph. 367. Tzetzes, Potlerus. *Κωλιάδος ῥηγμῆνος* Nonnus XLI. 108. ubi notas Veneris sedes recenset: *οὐ Πάφον, οὐκ ἐπὶ Βύβλον ἀνέδραμεν, οὐ πόδα χέροσφ Κωλιάδος ῥηγμῆνος ἐρήρισσεν.*

Callimacho etiam sic licuit poetice: *Visa est Venus Κωλιάς*, dea pro templo deae. De situ promontorii: Palmer. Exerc. in A. Gr. p. 315. C. O. Müller. in descript. Atticae, Encyclop. Ersch. et Gruber. P. VI. p. 222. Fabellas attigisse Callimachum, quae sunt apud Suidam, nihil est quod persuadeat.

Procrusten non reperio in Fragmentis Callimachi. Nisi huc retrahendum sit

ἰὺ ἔλλερα πολλά τέλεσκεν.

Quippe ita ratiocineris: quum Pausanias Procrusten (ut vulgo vocatur: Ruhnk. Auct. Em. in Hes. T. I. p. 883, 1.) *Πολυπήμονα* appellet, fortasse poetam illa quasi circuitione interpretari nomen *Πολυπήμων* voluisse. Plus autem fidei hac in re Pausaniae quam aliis tribuerim. Ut fere hoc tantum quaeriputem, utrum *Πολυπήμων* proprio nomine audiverit Procrustes, an Plutarchi Hesychiique haud contemnendo testimonio, *Δαμάστης*. Alii, de quo a Meursio in Theseo cap. 5. et 7. Meziriaco in Ovid. Heroid. T. I. p. 139. sq. monitum, habent *Polyrmonem* in historia Thesei, sed non ut sit Procrustes. Apollodorus lib. III. extr. *Polyrmonis* filium vocat Sinin. itemque Schol. Eurip. Hippol. 974. ed. Matth. si vera est iam proposita a Meziriaco emendatio *Πολυπήμονος*: vulgo ibi — *Σίνις υἱὸς Πήμονος* legitur. Distinguendum autem hoc scholion ab eo, quod praecedit: in quo de patre Sinidis nihil, at ipse, quod notatum viris doctis quos dixi, et Salvagnio ad Ibin, confunditur cum Procruste: qui error cum hoc scholiasta communis, certe ex parte, scholiastae Pindari ei, cuius in *Ὑποθέσει Ἰσθμίων* verba sunt: *ἐπὶ Σίνιδι τῷ Προκρούστῃ*. Rursus Interpres Ibidis Ovid. vetus ad v. 409. *Polyrmonem* non solum Sinidis, sed Sinidis, Scironis et Procrustis patrem facit: *Sinis et Sciron et Procrustes Polyrmonis filii, a Theseo ad Cephisum fluvium cum patre occisi sunt.* ex loco Ovidii, in quo *nati* scriptum, ut fuit in Mediceo Burmanni, ante oculos habebat, sic: *Ut Sinis, et Sci-*

ron, et cum Polypemone nati. At Ovidio ipsi non male convenit cum Pausania. Sive enim et cum Polypemone natus, sive legas, quod ego praetulerim cum aliis, et de Polypemone natus, certum videtur Procrusten intelligendum esse. Itaque quem Pausanias ipsum Polypemona, eum Ovidius Polypemonis filium: non magna differentia. Scilicet magna erit, si, quod Hyginus Fab. XXXVIII. tradit, Neptuni filius Procrustes fuerit: verum tam clarae originis nullum est apud Pausaniam indicium. Procrusten ibi intelligere Ovidium, etiam propter locum geminum Epist. Her. II. 69. aut certum est aut veri longe simillimum. Vide quam accurate sibi respondeant: Cum fuerit Sciron lectus, torvusque Procrustes, Et Sinis, et tauri mixtaque forma viri: et in Ibide: Ut Sinis, et Sciron, et de Polypemone natus, Quique homo parte sui, parte iuvenus erat. Hos versus qui excipiunt, 411. et 412. Quique trabes pressas ab humo mittebat in auras, Aequoris adspiciens huius et huius aquas, merito scrupulum iniecerunt Meziriaco p. 139. 141. Salvagnio ad Ibidis v. 411. quandoquidem non intelligitur, quomodo ad commemoratum ante versu 409. Sinin, interiecta Scironis, Procrustis, mentione, sic reverti Ovidius: Quique trabes etc. potuerit: corruptionis tamen, quae quidem in nomine Sinis v. 409. quaerenda foret, nullam suspicionem movent. Itaque aut ab aliena manu illati sunt non indigni tamen, si recte sentio, stilo Ovidiano versus 411. et 412. aut Ovidius, quum incredibile sit errasse tam nota in re Ovidium, et nescio quem alium diversum a Sinide Πιτροκάμπτην somniasse, hoc sibi sumpsit, quod fortasse licere in enumeratione exemplorum tali, quali constat singulare carmen Ibis, putaret, ut bis poneret Sinin, semel obiter coniunctum brevi recensione cum aliis, tum iterum accuratius cum descriptione propriae huic scelerato immanitatis. Similis est, vel etiam maior, in Propertio, quem Salvagnius comparavit, insolentia, III. 22, 37. Arboreasque cruces Sinis, et non hospita Graiis Saxa, et curvatas in sua

fata trabes. ubi de Sinide narratio *Arboreasque cruces — et curvatas in sua fata trabes* mirum in modum divisa atque interrupta est interiectis verbis *et non hospita Graiis Saxa*, quae verba neminem non de Scirone admonent. Mihi vero fallax ea recordatio videtur, et de Sinide accipienda omnia. Quid enim pronomine *sua* fiat, nisi pendeat a praegresso *Sinidis*? Quomodo autem pendeat ab eo nomine, si *non hospita Graiis saxa*, de Scirone accipiantur? Accusativos *arboreas cruces, saxa, curvatas trabes*, etiam Dorvillius ad Charit. p. 708. (634. ed. Lips.) a verbo quodam intellecto pendere statuebat. Id vero eruendum ex praecedentibus. Nam si *praetereo* verbum, quod suppleri volebat Puccius, vix ferendus *Sinidis* genitivus, et scribendum foret: *Arboreasque cr. Sinidis, non hospita* etc. Verum sic rursus *sua* pronomen non usitate positum videbitur. Friderico Iacob, viro eruditissimo, cui placet *curvatas trabes*, ut, quae per se minime inepta sententia est, tres numerentur, Sinis, Sciron, Procrustes, inter alia opposuerim hoc, quod iam monuit Burmannus, non bene *trabes* de lecto Procrustis dici. Contra de arboribus *Sinidis curvatas trabes* optime, ut in *Ibidis* loco illo v. 411. et *Metam.* VII. 441. *Qui poterat curvare trabes.* Quum semel in has fabularum tricas me coniecerim, non decet praeterire obscurum Ovidii locum, ubi mutatos in aves, et quidem in Attica, enumerat alios, *Innixamque novis neptem Polypemonis alis*: *Metam.* VII. 401. Ibi quaeritur, quae sit *Polypemonis neptis*, qui *Polypemon*. Et hoc quidem statim cernitur, certe pro nostra scientia, quibus multa desunt antiquitatis monumenta, recedere Ovidium eo loco a doctrina illa, quam profitentem in *Ibide* vidimus, *Polypemonis* filium *Procrusten* fuisse. *Procrusti* nulla, quod sciam, filia fuit. An cum *Apollodoro* facit *Ovidius*? *Apollodorus*, ut vidimus, *Polypemonis* filium *Sinin* facit. Ac *Sinidi* filia fuit satis nota illa *Perigune*. Verum de ea tradunt alia; mutata esse in avem nemo. Ergo, quod unum reliquum, *Probi* doctrinam

sequi videtur Ovidius, quae talis est: Polypemonis filium Scironem, Scironis autem Halcyonen filiam fuisse. Fabula ab eo, quod de Scironis filia Endeïde Plutarchus et Pausanias tradunt, diversa, atque uni propria, quem Constantius Fanensis ad Ovidii locos hunc et Ibdidis v. 409. laudat, Probo. Vel potius non Probo, sed referenti narrationem Probi Pomponio Sabino in Georg. I. 399. p. 102. Verba Pomponii: *Varia opinio de origine halcyonis est. in altera Ovidius sequitur Nicandrum, in altera Theodorum, ut Probus meminit. Ceyx Luciferi filius,* (et quae sequuntur, simillima Servianus in eund. Virg. locum, aliorumque, quibus convenit cum Servio, disputatis) — *Aliter sic narratur. Halcyone filia Scyronis fuisse putatur, cui cum pater praeciperet, ut maritum quaereret, arbitrata est promitti (puto permitti) sibi, ut concumberet cum quibus vellet. ita ab irato patre deiecta fuit in mare, et demutata in halcyonem avem.* Tum post alia: *Scyron Polyphemonis filius fuit, latro nominatissimus in Attica regione. Ab eo Scyronia saxa, ubi latrocinebatur, appellata sunt. a Theseo interfectus fuit.* De Nicandri testimonio an constet aliunde, nunc non memini. Theodorum intelligendum esse eum, quem Plutarchus Parallel. c. 22. p. 311. A. ἐν ταῖς Μεταμορφώσεσιν, probabilis est Constantii Fan. sententia. Praeterea quod scriptum est, *deiecta fuit in mare,* observetur non male convenire cum reliqua Scironis fabula. Quod tot viatores perpessi erant, idem puella ab irato patre. Non mirer autem, quod Ovidius alium in Ibide, alium in altero opere Polypemonem dixerit, et rursus quod eodem in opere halcyonem nunc, libro septimo, ex filia Scironis Halcyone, nunc, libro undecimo, ex uxore Ceycis Halcyone factam tradiderit. Id ferebat natura eius operis. Praeterea Ovidius in libro VII. fortasse consulto non posuit nomen avis. Poetice κόρη Σκείρωνος Sosicrati Athen. XI. p. 474. B. *aura* dicitur flans a Scironiis petris.

Medius fere inter Eleusinem et Athenas, ex luculentia

Strabonis IX. p. 395. (605.) descriptione, *Κορυδαλλός* est, in quo Procrusten Diodorus ponit. Pausanias I. 58, 5. quum Procrusten Eleusini et Cephisso admovet, et *Erineo*, ubi ipse Plutonem descendisse rapta Proserpina annotat, fortasse non multum discrepat a Diodoro, vel plane non discrepat, si conicias, quae in promptu coniectura est, in Corydallo demo Erineum fuisse. Ex Ovidio notum: *Vidit et immitem Cephisiae ora Procrusten.* ἐν Ἐρινεῶ multa cum probabilitate ex Pausania restitutum Plutarcho est, Thes. c. 11. ubi vulgato Ἐρμίονι, Ἐρμιόνι, Ἐρμιόνη, non habeo quid faciam. Frustra aliquis ex iis, quae Tourpius Animadv. in Schol. Theocrit. XV. 64. annotavit, novam efficere Atticam Ἐρμιόνην conetur. Leopoldus ἐν Ἐρμεῖ coniecturam Palmerii edidit.

Neque Phylidas siluisse Theseum, et antiquam aram Iovis *Μειλιχίου*, arbitror: qui ipsum primi mortalium, ut Plutarchus scribit, comiter atque humaniter exceperant: Plut. Thes. c. 12. et 23. extr. Pausan. I. 37, 4. Quo illi similes Hecalae.

Sic propius propiusque accedenti ad urbem Theseo tandem affulsit e longinquo spectabilis arx Minervae, *Γλαυκώπειον* vel *Γλαυκώπιον*. Tantum elicio ex Fragmento Hecales novo illo, quod Augusto Matthiae debetur, Schol. Eurip. Hippol. 32. e cod. Florentino. Et Euripides quidem ita, de Phaedra: καὶ πρὶν μὲν ἔλθεῖν τήνδε γῆν Τροϊζηνίαν, πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, κατόπιον γῆς τῆσδε, ναὸν Κύπριδος ἐγκαθείαστο, ἔρωσ' ἔρωτ' ἔκδημον· Ἴππολύτῳ δ' ἐπὶ τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἰδρῦσθαι θεάν. Scholion ita se habet:

Ἴππολ. δ' ἔπι. ἐν γὰρ τῇ ἀκροπόλει ἰδρύσατο Ἀφροδίτης ναὸν ἐπὶ κακῷ Ἴππολύτου. πέτραν δὲ Παλλάδος φησὶ τὸ ἐν τῇ Ἀττικῇ Γλαυκώπειον, οὗ Καλλίμαχος ἐν Ἐκάλῃ (cod. Ἐκάβη) μὲμνηται, περὶ τὸ ἱερὸν Γλαυκώπειον καλεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἐπωνύμου.

Quae duo videntur scholia esse non sic ab eodem scripta.

ἐν τῇ Ἀττικῇ vix scripturus fuisset, qui paullo ante breviter ἐν γὰρ τῇ ἀκροπόλει scripsisset. Ne quis forte in postremis haereat, et quod mihi accidere primum legenti memini, περὶ suspectum habeat, περὶ τὸ ἱερόν Γλαυκώπειον καλεῖσθαι defendo exemplis, qualia sunt apud Schaeferum Ind. Graecit. in Greg. C. p. 986. not. et ad Eurip. Orest. 325. cf. idem apud Siebelis. in Pausan. I. 38, 5. et sic poetae, Apollon. Rhod. I. 216. 237. III. 200. IV. 115. Nonnus Ev. Io. VIII. 20. Γαζοφυλάξ ὄθι χῶρος ἀκούεται. Ut sensus sit: *Glaucopium appellari locum, qui est circa templum. templum autem, ἱερόν*, intelligi a Scholiasta puto Παλλάδος, quod nomen facile suppletur ex Euripide. Sed quemnam locum illum? quod ἱερόν? Arcem haud dubie, ἀκρόπολιν, vel partem eius. Recte enim Valckenarium πέτραν Παλλάδος, κατόψιον γῆς τῆσδε, h. e. γῆς Troezeniae, in Hippolyto, itemque in Ione v. 1434. 1480. Ἀθήνας σκόπελον, arcem Athenarum interpretari, et mihi certum est, et puto omnibus. Ac praeiit eam sententiam Diodorus Siculus IV. 62. ita velut interpretans, ut bene monet Valckenarius, Euripidea: Φαίδρα διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος ἰδρύσατο ἱερόν Ἀφροδίτης παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, ὅθεν ἦν καθορᾶν τὴν Τροιζῆνα. Neque repugnat, quod Scholiastes Euripidis is, cuius prius scholion est, conditum a Phaedra templum Veneris (de quo testes praeter laudatos Meursio in Theseo c. 21. coll. P. Burmanno in Iove Fulgeratore cap. 8. p. 277. sq. et Valckenario ad Hippol. nullos habeo) ἐν τῇ ἀκροπόλει, non παρὰ τὴν ἀκρόπολιν, dicit. Accuratus haud dubie Euripides: πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, in quo πέτρα αὐτῇ arcem proprie dictam, h. e. summitatem collis significat; Scholiastes in universum ἐν τῇ ἀκροπόλει, de toto colle cogitans. Iam si certum est, Euripidi πέτραν Παλλάδος arcem esse, sive partem arcis, incredibile est, aliud cogitasse Scholiasten veterem eum, qui de Glaucopio scripsit. Igitur habemus, nisi fallor, unum eorum qui, quod mirante

ad Strabon. VII. p. 299. Casaubono, testatur Eustathius in Odys. II. 399. p. 1451, 61. *Γλαυκώπιον* dixerunt arcem Athenarum. Verba sunt Eustathii: *Ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ γλαυκῶπις Γλαυκώπιον ἢ Ἀττικὴ ἐλέχθη ἀκρόπολις, ἢ καὶ ἡ ἀπλῶς, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί.* Non negligenda erat gravior aliquanto auctoritas Etymologi p. 253, 28. et ex eo Favorini: *Γλαυκώπιον, τὴν ἀκρόπολιν οἱ ἀρχαῖοι. ἢ τὸ ἐν ἀκροπόλει τῆς Ἀθηναῶν ἱερόν. ἀπὸ Γλαύκου τινὸς ἀντόχθονος, ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ κατοικήσαντος.* Observetur quod Eustathius scribit, *οἱ παλαιοί*, et quod Etymologus, *οἱ ἀρχαῖοι*, pro quo male Sylburgius malebat *οἱ Ἀθηναῖοι*. Nam tenendum est, ad antiquissima tempora priscosque homines eam appellationem revocandam esse: ut mirum non sit, quod apud Pausaniam, qui arcem dudum munitam et condecoratam repletamque innumeris artis operibus ab Ictino, Phidia, aliis, novit, nomen *Γλαυκοπί* non reperitur. Rursus memorabilis est Eustathii et Etymologi inter se dissensus, quorum ille, quae statim cuivis unice vera videatur explicatio esse, *ἀπὸ τοῦ γλαυκῶπις* appellatum, at hic *a Glaucō quodam autochithone Γλαυκώπιον* docet. Et ne dissidas Etymologo, miram doctrinam Etymologi confirmat atque amplificat non ab omni parte tutus, verba si spectes, librariorum culpa, at quod caput rei attinet, satis idoneus testis, Stephanus Byz. praeclaro testimonio: *Ἀλαλκομένιον, πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ τοῦ Ἀλαλκομενέως, ὃς καὶ ἴδρυσεν τὴν Ἀθηναῶν Ἀλαλκομενήδα. οὐ γὰρ παρὰ τὸ ἀλαλκεῖν, ὡς Ἀρίσταρχος. ἦν γὰρ ἂν καὶ Ἀλαλκήϊς. ἀλλ' ὡς Θησεὺς Θησηΐς, οὕτως Ἀλαλκομενεὺς Ἀλαλκομενήϊς, ὡσπερ καὶ Βρισεὺς Βρισήϊς, καὶ Νηρεὺς Νηρηΐς. ἐκ τοῦ Ἀλαλκομενέως δὲ, καὶ Ἀθηναΐδος τῆς Ἰπποβοῦτου, Γλαύκωπος, ἀφ' οὗ τὸ Γλαυκώπιον, καὶ Γλαυκῶπις. καὶ Ζεὺς Πολιεὺς, καὶ Ἀθηναῖα Πολιάς. τὸ ἐθνικὸν Ἀλαλκομενεὺς, καὶ Ἀλαλκομένιος, καὶ Ἀλαλκομενία ἢ Ἀθηναῖα ἐκεῖ τιμᾶται. τοῦ δ' Ἀλαλκομενή, Ἀλαλκομεναῖος.* Haec vulgo leguntur. In quibus non spronderim recte se

habere omnia. Certe lacuna videtur esse post *Γλαυκῶπις*. Nam ut de Glaucopio nihil dictum fuerit amplius, tamen dictum esse debuit, fuisse in arce, quo annecterentur illa, *Ζεὺς Πολιεὺς*, et *Ἀθηνᾶ Πολιάς*. Similia vel cognata tradentes, de Alalcomeneo autochthone, vel heroe, qui nutriverit *Ἀθηνᾶν*, vel templum eius condiderit, tum de Alalcomenia Ogygis filia, excitavit Berkelius Pausaniam IX. 33, 5. Etymol. M. v. *Ἀλαλκομενηίς* p. 56, 14. et 19. Eustathium in Iliad. IV. 8. p. 439, 33. Comparentur cum Etymologico Schol. Hom. II. IV. 8. Eudoc. p. 4. sq. Cramer. A. Gr. V. I. p. 76, 25. E recentioribus Müllerus Orchom. p. 213. Pro certo habebitur, coniunctis Etymologi in *Γλαυκόπιον* et Stephani testimoniis, fuisse qui *Γλαυκωπίου* appellationem et ipsum adeo Deae cognomen *γλαυκῶπις*, a *Γλαυκορο* quodam derivarent: non *Γλαυκῶπιον* a Dea *γλαυκῶπιδι*. Sequitur Strabo, in quem, nisi fallor, ex Etymologi Stephanique disputatione aliquid redundat lucis. Refert autem Strabo VII. p. 299. (459. B.) Apollodori disputationem in lib. II. *περὶ νεῶν*, et quidem in prooemio: cf. Apollodori Fragm. Heyn. p. 421. *καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς· ὃς τὴν μὲν Γαῦδον Καλυψοῦς νῆσόν φησι· τὴν δὲ Κόρκυραν Σχερίαν· ἄλλους δ' αἰτιᾶται* (Apollodorus) *ψεύσασθαι περὶ Γερήνων, καὶ τοῦ Ἀκαησίου, καὶ Ἀήμιου ἐν Ἰθάκῃ, Πελεθρονίου δ' ἐν Πηλίδι, Γλαυκωπίου δ' ἐν Ἀθήναις*. Callimachi illa de Gaudio Calypsus insula et Scheria Corcyra apud Bentleium sunt Fragm. Callim. XXXIX. ex *Ἐθνικαῖς ὀνομασίαις*, vel, ut G. Bernhardy Eratosthen. p. 3. fortasse rectius, ex *Ὑπομνήμασι*; augenda, ni fallor, ex Etymol. Gudiano p. 352, 5. his: *ἐν δὲ καύδῳ* (corr. *Γαῦδῳ*) *καὶ καλυψῶν* (corr. *Καλυψοῦς*) *ἔστιν Ἀφροδίτης ἰερόν*. De *Glaucopio* Strabo non declarat, quos reprehenderit Apollodorus, et cur. Quid si illos, quos *Γλαυκῶπιον* et cognomen Minervae *γλαυκῶπις* a *Γλαυκορο* derivantes vidimus, ipse vero sobria eruditione legibusque interpretationis

Aristarcheis imbutus, *γλαυκώπιδα* ab oculis *γλαυκοῖς*, tum ab nomine *Γλαυκῶπις* appellatum *Γλαυκώπιον* putaverit? Quem autem reprehendit, fortasse fuit, quamquam fateor lubricam coniecturam esse, cuius ante commemoratur de insula Calypsus et Scheria error, Callimachus. Non obstat, si quid video, quod Strabo Callimachum se relinquere, et transire ad *alios*, quos reprehendat Apollodorus, significaverat verbis his: *ἄλλους δ' αἰτιῶνται*: potuit enim semel redire ad Callimachum et notatam ab Apollodoro opinionem Callimachi aliam. Quod ad hanc usque partem disquisitionis nostrae certum, ut equidem crediderim, effecimus, hoc est: arcem Athenarum esse *Γλαυκώπιον*, vel partem arcis. Cui sententiae si quid habent contrarium testes, qui mihi ad manum sunt, de *Γλαυκωπίῳ* vel *Γλαυκωπείῳ* alii, non tanti sunt, ut praeferantur illis locupletioribus. Sic repugnat, quod alia ante Matthiaeum nota scholia Euripidis, ad eundem locum Hippolyti, *Γλαυκώπειον ὄρος* vocant *τῆς Ἀττικῆς*. *πέτραν* dicunt arcem; *κολωνόν* et *λόφον* Himerius: *ὄρος* qui dixerit, non habeo statim praeter Proclum hym. Minerv. *Πολυμ.* 26. *ὑπὸ σφυρὸν οὐρεος ἄκρον*. Verum non multum tribuet repugnantiae, qui reputaverit ea scholia manifesto recentiora ac viliora esse illo, quod primus Matthiaeus protulit, et derivata esse ex illo, et factum esse, dum derivarentur, ut recentior grammaticus de sua imperitia *ὄρος* adderet. Quod viliora dixi, ut uno documento comprobem, quam imperite dictum, quam aperte ignorantiam scribentis arguit, quod ad v. 25. scribitur: *ὥστε καὶ ἐπ' αὐτῷ ἰδρῦσασθαι τὸ ἱερόν ἐπὶ πέτρας τινὸς ἐν τῇ Ἀττικῇ*. Graviorem dubitationem Etymologica iniiciunt, Magnum quod dicitur, p. 233, 55. et Gudianum p. 126, 5. ubi inter varias explicationes vocis *Γλαυκῶπις* haec: *ἢ ἀπὸ τοῦ Γλαυκωπίον ὄρους (τῆς Ἀττικῆς), ὃ Ἀνκαβητιὸς καλεῖται. Γλαυκωπίον* e Gudiano, qui etiam *τῆς Ἀττικῆς* inserit: in Magno et apud Favorinum (edit. Basil.) erat *γλαυκοπίον*: ut paullo ante *Γλαυκώπιον*, ead.

pag. 233, 28. In re error, si est error, ut ego iudico, fortasse ex eo explicandus, quod facile confundebantur arx Athenarum et vicinus arci mons Lycabettus. De Lycabetto, quam prope abfuerit ab arce v. Mülleri in *descript. Atticae* p. 216. et in *descript. Athenarum* p. 231. sententias. *Arce* esse *πέτρων Παλλάδος*, atque hinc in *arce* fuisse *Γλανκώπιον*, etiam altero argumento evincitur. Nam esse *κατόπιον γῆς τῆσδε*, h. e. Troezeniae, longe prospicere in mare subiectum atque in Troezeniam regionem: id tantum de *arce* Athenarum diserte traditur ab idoneis testibus. Notus est colossus artis Phidiaeae, Minerva, de quo est a Valckenario adhibitum Euripidi testimonium Pausaniae I. 28, 2. ubi in *arce* versans recenset opera ex decimis praedae bellicae confecta: *ἄγαλμα Ἀθηνᾶς χαλκοῦν ἀπὸ Μήδων τῶν ἐς Μαραθῶνα ἀποβάτων, τέχνη Φειδίου*. — *ταύτης τῆς Ἀθηνᾶς ἣ τοῦ δόρατος αἰχμῆ καὶ ὁ λόφος τοῦ κράνος ἀπὸ Σουνίου προσπλέουσιν ἐστι σύνοπτι*. cf. idem Pausanias IX. 4, 1. Müller. *descript. Athenar.* p. 239. et ante, de Minerva Poliade p. 19. de Phidia p. 21. De eo fortasse cogitabat Himerius Orat. III. 13. *ὄθεν (ex arce) ἡ θεὸς ἐποπτέυει* etc. Dehinc quum similia de *templo* praedicantur a scriptoribus: esse in vertice arcis positum, esse e longinquo conspicuum, qualia ex Dicaearcho Athen. XIII. p. 594. F. Lucretio VI. 749. deprompsit docta diligentia Valckenarii: non decernam, maxime in Dicaearcho, utrum intelligant quem Philochorus (coll. Siebelis. ad Pausan. I. 24, 5.) simpliciter *τὸν νεῶν τὸν μέγαν* dicit, Parthenonem, de quo quidem facile quisvis primum cogitet; an templum Minervae Poliadis. In loco Dicaearchi altero, in *Excerpt. B. Ἑλλάδος*, ubi, quae vulgo interpunctio est, distinguuntur, et recte, ut puto, distinguuntur, templa duo, Poliadis et Parthenon, de priori dictum: *Ἀθηνᾶς ἱερόν, πολυτελές, ἀποβιον, ἄξιον θεᾶς*. multum exercuit viros doctos. Mihi Marxii coniectura *κατόπιον* ut non vera: non potuerat enim *κατόπιον* sic simpliciter dici: ita proxima vero videtur. Placet *ἐπόπιον*, con-

spicuum. Confecta est, quae una pars quaestionis non explicata reliqua erat. Fuit *Γλανκώπιον* Callimacho, et qui pauci appellatione usi sunt alii, ἡ ἀκρόπολις proprie dicta, hoc est, vertex collis is, in quo quid Thesei aetate fuerit dici nequit, etsi iam tum sacrum Minervae verticem fuisse probabile est, at posteriori tempore templa Minervae nobilissima fuerunt. Ita definienti *Γλανκώπιον* in mentem venit, an ambitum fere eundem Strabo verbis τὸ τῆς Ἀθηναῶς ἱερόν significet IX. p. 396. (606. C.) ubi de arce: ἐπὶ δὲ τῆς πέτρας τὸ τῆς Ἀθηναῶς ἱερόν, ὃ τὸ ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, — καὶ ὁ Παρθενών. certe si unum quoddam Minervae templum intellexerit, mire obscureque dictum erit τὸ τῆς Ἀθηναῶς ἱερόν, quum statim accurate distincta addat *templum Poliadis et Parthenonem*. Alterum, ἡ Ἀττικὴ ἀκρόπολις — ἢ καὶ ἡ ἀπλῶς, non credo Eustathio. Sed Dicaearchi verba, paullo ante commemorati, adscribenda esse video, quae egregie illustrent Callimachum, propositamque supra Fragmenti Callimachei explicationem nostram. Diximus affulsisse *Γλανκώπιον* Theseo ad Urbem appropinquantem ab ea regione, in qua Eleusis. Iam audias Dicaearchum, ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως, Athen. XIII. p. 594. F. ταῦτ' οὖν πάθοι τις ἂν ἐπὶ τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἀφικνούμενος κατὰ τὴν (emend. Iacobs. vulgo: καὶ ταύτην) ἀπ' Ἐλεουσίνων τὴν ἱεράν ὁδὸν καλουμένην. καὶ γὰρ ἐνταῦθα κατασιᾶς, οὗ ἂν ἦ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενος νεὼς καὶ τὸ πόλισμα, — *templum et arx*, ut recte interpretantur Dalecampius et Valckenarius. Sententia perspicua: de verbis dubites, quae Valckenarius ita tentabat: οὗ ἂν φανῆ τὸ πρῶτον εἰς Ἀθήνας ἀφορώμενον ὁ νεὼς καὶ τὸ πόλισμα. Denique hoc in me recipio, ut verba ipsa Callimachi de *Γλανκωπίῳ*, quae fuerint in Hecale, proferam ac praestem. Longum est in Scholiis Homericis, minoribus sive Didymi ad Iliad. V. 422. in Venetis B. ed. Villosi. ad versum eiusd. libri 458. et in Etymologico M. v. *Κύπρις*, scholion de epithetis

deorum non ἀπὸ τῶν ἱερῶν τόπων, sed ἀπὸ τῶν ψυχικῶν ἐνεργειῶν, vel a proprietate quadam corporis, repetendis. Igitur Κύπριον non dictam a *Cypro*, Κυθήρειαν non a *Cytheris*, Ἀλαλκομενήϊδα non ἀπὸ Ἀλαλκομενίου (vel Ἀλαλκομενοῦ) τινός. sequuntur doctiora haec: οὐδ' ὡς Ἐρατοσθένης παρήκουσεν Ὀμήρου εἰπόντος, Ἐρμείας ἀκάκητα, ἤγουν (vel ὅτι, vel ὅ) ἀπὸ Ἀκησίου (vel Ἀκακίτου, vel Ἀκακησίου) ὄρους, ἀλλ' ὁ μηδενὸς κακοῦ μεταδοτικός, ἐπεὶ καὶ δοτῆρ ἑάων. πᾶν γούν (vel πάντ' οὖν) ἀπὸ τῶν παρεπομένων τοῖς θεοῖς· καὶ γὰρ ἡ γλαυκῶπις οὐκ ἀπὸ τοῦ, ἢ τ' ἄκρην τινὰ γλαυκῶπις ἴζει, ἀλλ' ἀπὸ τῆς περὶ τὴν πρόσωπον τῶν ὀφθαλμῶν (vel περὶ τὸ πρόσωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς) καταπλήξεως. Fragmentum poetae sic, ἢ τ' ἄκρην τινὰ γλαυκῶπις ἴζει, scriptum in Schol. Ven. B. aliquanto rectius apud Etymologum: *Ἡ τὰ χρηστινὰ γλαυκῶπιον ἴζει.* sed verum Scholia praebent quae dicuntur Didymi: ἢ τ' ἄκρης θῖνα γλαυκῶπιον ἴζει. Cur Homeri fragmentum esse coniciat Casaubonus ad Strab. l. l. p. 299. et quo iure inter Homeri Fragmenta p. 109. relatum sit a Barnesio, non dispicio. Me partim structurae ratio exquisita illa ἴζει Γλαυκῶπιον, partim res, et quod doctiores tantum compertum habuisse de Glaucopio videntur, permovet, ut Callimachi esse fragmentum, illud ipsum quod ante oculos veteri interpreti Euripidis fuit, pronunciem:

ἢ τ' ἄκρης θῖνα Γλαυκῶπιον ἴζει.

Theseus: *apparuit*, inquit, ἄκρη, vel πόλις ἄκρη, et quae *cumulum ἄκρης Glaucopium insidet*, Παλλὰς Ἀθηναίη, vel similis deae appellatio. Satis poetice dictum pro vulgari et sacra *Minervae sedes*. Habet aliquid similitudinis Proclus hym. in Minerv. Πολυμ. 21. ἢ λάχες ἀκροπόλῃα καθ' ὑψηλόφοιο κολώνης. Neque prorsus alienum Homericum, sed de arce Troiae: νηὸν Ἀθηναίης γλαυκῶπιδος ἐν πόλει ἄκρη. Tryphiodor. 566. ἴαχε δὲ γλαυκῶπις ἐπ' ἀκροπόλῃος Ἀθήνη. Monuimus frustra quaeri, si quis animum inducat quaerere,

quid Thesei tempore in vertice illo fuerit. Fortasse ara, vel quacumque re sacrum deo sive deae esse locum aliquem indicatur. Si tamen iam tum templum ibi fuisse, quod in conspectum venire appropinquanti Theseo posset, statuerit Callimachus, Poliadis templum Minervae in mente habuerit, cuius templi cum Ἐρεχθείῳ coniuncti, iam apud Homerum II. II. 547. sqq. Od. VII. 81. notitia esse videri poterat. Homericæ, ἐπὶ ἐνὶ πτόνι νηΐ, et Ἐρεχθῆος δόμον, postea exsecutus est, et παρθενεῶνα Minervae, in quo nutritus fuisset Erechtheus, λάρνακα, λύχρον, intulit Nonnus XIII. 175. XXVII. 115. sqq. 320. 1. XXXIII. 124. cf. XLVIII. 954. sq. Caeterum utrum Γλαυκώπιον Callimachus a Minerva γλαυκώπιδι dictum, an Γλαυκώπιδα et ipsum Γλαυκώπιον a Glaucoporo, crediderit ac tradiderit, non decerno: sed hoc nunc magis probabile ea sola de causa, quod in universum quo fabula aliqua doctior, vel etiam obscurior, eo fuit Callimacho acceptior. Et tum quidem de Glaucopo aliquid additum fuisse in loco Hecales credibile est. In Scholio illo quod scriptum: περὶ τὸ ἱερόν Γλαυκώπειον καλεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ἐπωνύμου, ambiguum est. Sane facile suppleveris cogitando Γλαυκώπου. Ex Scholiis Homericis, unde verba desumpsimus Callimachi, nihil eam in rem certi efficias. Neque apparet e Callimacho, quo genere Γλαυκώπιον vocabulum usurpaverit, utrum sic, Γλαυκώπιον neutrum, an θῆνα Γλαυκώπιον: aliis, quos supra laudavimus, est τὸ Γλαυκώπιον. De usu verbi ἕξει e Callimacho annotaveram similia sive cognata: ἐφοῖτα παῖπαλά τε κρημνούς τε, et οὔρεα πλαζομένας, ex hymno in Dian. 194. 235. Euphorio Fr. LXVI. Ὀρχομενὸν Χαρίτεσσιν ἀφαρέσιν ὀρχηθέντα: quod Euphorioni praeiverat, paullo minus audacter, Pythia: δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι. Prorsus gemina expetenti, quae ipse non statim reperissem, suppeditavit Hermannus quantum satis, nonnulla Euripidis, et Aeschylum Agam. 982. ex emendatione etiam a Porsono recepta: θάρσος εὐπιθές ἕξει φρενός φίλον θρόνον.

At insolenter poeta usurpat *Θῖνα* de vertice *ἄκρης*. Non tamen ita insolenter, ut haesites, praesertim in docto poeta. Neque si ipse alibi idem *Θῖνα*, *Θῖνας*, usitata *littoris* significatione usurpat, alia significatione non potuisse sequitur. Et sine haesitatione Heynius in *Iliad.* V. 422. Obs. p. 86. ita accipit locum: *quae aggerem, s. collem glaucopium tenet.* Haec ego paullo longius, ut significarem non opus esse coniectura Guil. Dindorfii in *Thes. H. Steph.* v. *Γλαυκώπιον*, commoda illa quidem ad sensum, etiam mihi, sed iusto audaciori. Deinde in his acquiescet, ut spero, Lucas noster, qui eum locum tum edito a. 1831. programme, de Minervae cognomento *Γλαυκῶπις*, p. 14. tum nuper in eodem argumento docte atque accurate retractato Quaestion. *Lexicolog. Lib. I.* p. 156. sq. attigit. Annotaveram etiam ex *Alcaeo Strabonis XIII.* p. 600. (895. C.) templum Minervae Sigeensis, aut *Γλαυκωποῦ Ἴρον* dictum, ut Seidlerio, aut *Γλαυκώπιον*, ut nuper Dindorfio visum est.

Disputationis de *Glaucopio* nostrae satis ab omni parte munitae auctarium erit non eodem modo certum, sed probabile auctarium complementumque *Fragm. Callimachi CCLXXXIII.*

Τυρσηνῶν τείχισμα Πελαργικόν.

Quod fortasse ita iungendum cum illo:

Τυρσηνῶν τείχισμα Πελαργικόν

. . . ἢ τ' ἄκρην Θῖνα Γλαυκώπιον ἔξει.

Apparuit Tyrrenorum munimentum Pelargicum, et quae etc. Schol. *Aristoph.* in *Avium* v. 855. *τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν*, ita: *ὅτι Ἀθήνησι τὸ Πελαργικόν τεῖχος ἐν τῇ ἀροπόλει, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος. Τυρσηνῶν τ. II.* et in v. 857. *ὡς δ' ὁ θεός ἐπιτήδειος οἰκᾶν ἐπὶ πετρῶν*, Schol. ex *Didymo*: *Διδυμός φησι τὸ Πελαργικόν τεῖχος ἐπὶ πετρῶν κεῖσθαι. Ἄλλως. τὸ Πελαργικόν καὶ αὐτὸ τραχύ.* De *Pelargico* s. *Pelargico* veterum locos multos nuper congregavit Müllerus in *descript. Athenarum* p. 229. sq. Cf. *Siebelis ad Pausan.* I. 28, 3. Et Müllerus quidem maxime de situ. *Hi-*

historica, ut unum nomen sed heroem, et quid intersit inter Pelagos et hos Tyrrenos Pelagos s. Pelargos, Niebuhrus Hist. Rom. I. p. 45. sqq. ed. tert. ubi casu factum puto, quod p. 47. in Callimachi fragmento hoc nostro *Πελασγικόν* exhibetur. Idem accidit I. G. Graevio Prooem. in Callim. p. 655. ed. Ernest. Valckenario in Herod. VI. 137. In disputatione Niebuhrus nihil video, cur ille *Πελαργικόν* dixisse poetam negaverit. A Niebuhrus et Siebelisio assumo testimonium Dionysii Halic. A. R. I. 28. p. 75. R. *Μυροίλος, τὰ ἔμπαλιν ἀποφαινόμενος Ἑλλανίῳ, τοὺς Τυρρῆνοὺς φησιν ἐπειδὴ τὴν ἑαυτῶν ἐξέλιπον, ἐν τῇ πλάνῃ μετονομασθῆναι Πελαργούς, τῶν ὀρνέων τοῖς καλουμένοις πελαργοῖς εἰκασθέντας, ὡς κατὰ ἀγέλας ἐφοίτων, εἰς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον· καὶ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ τεῖχος τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν, τὸ Πελασγικόν (Πελαργικόν coni. Casaub.) καλούμενον, τούτους περιβαλεῖν.* Pausaniae I. 28, 5. verba: *Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ἠχοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τεύχους Πελασγούς οἰκήσαντάς ποτε ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· φασὶ γὰρ Ἀγρόλαν καὶ Ὑπέρβιον. . . .* (nam lacunam esse ego quoque putaverim) *πυρθανόμενος δὲ οἴτινες ἦσαν, οὐδὲν ἄλλο ἐδυνάμην μαθεῖν ἢ Σικελούς τὸ ἐξ ἀρχῆς ὄντας ἐς Ἀκαρνανίαν μετοικῆσαι.* Communis Lexico Rhet. Bekkeri Anecd. I. p. 299, 16. Etymologico M. p. 659, 12. λέξις est: *Πελαργικόν· τὸ ὑπὸ Τυρρῆνων κατασκευασθὲν τεῖχος, οὗς θεασάμενοι διὰ τὰς σινδόνας, ἃς ἐφόρουν, πελαργούς ὠνόμασαν.* in Etymologico: — *κατασκαφὲν τεῖχος· οὗς καὶ θεασάμενοι τινὲς Πελαργούς ὠνόμασαν διὰ τὰς σινδόνας ἃς ἐφόρουν.* Non *τινὲς*, *nonnulli*, supplendum, si recte video, sed *Athenienses*, ex Photio, qui plenius ita: *Πελαργικόν· τὸ ὑπὸ τῶν τυράνων (Τυρρῆνων) κατασκευασθὲν τῆς ἀκροπόλεως τεῖχος· τούτους γὰρ κληθῆναι Πελαργούς, οἷον Πελασγούς, ὡς πλανήτας τινας· ἢ ὅτι ἰδόντες αὐτοὺς πρῶτον οἱ Ἀθηναῖοι σινδόνας λαμπρὰς περιβεβλημένους, πελαργοῖς εἰκασαν.* *τειχίον* dici ab Hesychio annotavit Müllerus. Calli-

macho utrum *τείχισμα* ipse murus ille, an sit in universum munita muro arx, incertum est: id certum, si quidem illa recte coniunximus, a muro s. munimento Pelargico distingui partem arcis summam, quam Minerva tenet, Glaucopium. Ne quis forte ita iungendum opinetur: ἢ τ' ἄκρησ θίνα Γλαυκώπιον ἔξει, *Τυρρηγῶν τείχισμα Πελαργικόν*. Hoc neminem latet, quam apte, et quam ex re poetae, antiquissima quaeque nomina multoque tempore obscurissima, *Tyrrhenos*, *Pelargicum*, *Glaucopium*, cumulemus uno in loco. Delectant recondita quaevis Callimachum, et hic quidem rectissime usus esse talibus censebitur, ut in historia Thesei. Nunc de Pelargis Tyrrhenis scripsit Fritzschi in Quaestionibus Aristophaneis, ubi p. 40. sq. de Bachmanno scriptum est, qui Fragmentum CCLXXXIII. ad Hecalen lubens referat. Quaeritur, quo ille sensu modoque: et gaudebo, si Bachmanno haec mea placuerint. De Fragmento CCCCLXXV. Blomf. quod idem Bachmannus, ut narrat Fritzschi, et Callimacho tribuit et refert ad Hecalen, Blomfieldio praeceunte, ego meam dubitationem postea aperiam.

Adventum Thesei in urbem, et quae reliqua Plutarchus c. 12. et 15. sive ex Philochoro sive aliunde narrat, Medae conatum, venenum, *ἀνεύρεσις*, Pallantidas (quae duo, agnitio et tumultus Pallantidarum, nescio quam extremae Odysseae partis similitudinem referunt), utrum Callimachus attigerit; deinde si attigerit, ut sane probabile est, quid horum, et quo in loco attigerit, non liquet. Potuit illud, quod quicquid fuerit non longum fuisse arbitror, hoc loco narrari a Theseo; potuit, quod nunc malim, a poeta loco superiore, qui nobis est Cap. III. Veluti sic, post expositam ibi narrationem de gladio calceisque: *Iamque agnoverat Aegeus filium; et iam dira novercae pocula effugerat Theseus, tendebatque in campum Marathonium*. In universum hoc maxime teneri ac perpendi velim, quam diversae a scriptoribus rerum Atticarum, quos Plutarchus sequitur, vel Theseidos alicuius,

rationes fuerint Callimachi, qui ex tanto fabularum numero unam tantum more tractandam epico elegisset: quantum ille eorum, quae a Theseidos auctore, vel Atthidos, narranda necessario et nectenda inter se quavis ratione fuissent, aut obiter indicare brevissime potuerit, vel etiam, ut unum et absolutum in se carmen fieret, in quo nusquam animus lectoris a summa operis et proposito poetae primario avocaretur, debuerit. Sic ego minime spondeo Pallantidarum mentionem immixtam carmini Callimacheo fuisse. Ac ne Medeam quidem spoponderim.

Cognata quaestio est, et commode hic tractabitur, de eo, quo Theseus tempore expeditionem Marathoniam susceperit, vel potius, quo ipse tum, quum susciperet, loco et qua conditione fuerit. Scilicet quum in eo consentiant omnes, ex urbe, Athenis, Theseum contra taurum profectum esse: ut frustra futurus sit, si quis forte Theseum post interfectum Procrusten statim, salutata e longinquo urbe, in campum Marathonium processisse animum inducat: illud quaeritur, utri de duobus, Plutarcho et Ovidio, fides habenda sit: Plutarcho (cum Diodoro), qui statim postquam advenisset Athenas, agnitum esse a patre Theseum, et postea profectum contra taurum tradit; an Ovidio lib. VII. 404. sqq. 425. sqq. qui Theseum suscepisse illud ac perfecisse e mandato quidem Aegei, sed nondum agnitum, significat. Hoc enim efficitur ex accurate accepta narratione Ovidii; et diserte id tradit Mythographus A. Maii prior c. 48. — *Medea autem, repudiata ab Iasone, Aegeo nupta persuasit advenientem iuvenem tauro opponere, qui vastabat Atticam regionem, dicens futurum, ut ab eo privaretur regno. Theseus vero tauro interfecto duplicavit regi timorem. Dein invitatum ad epulas eum perdere voluit. Tandem agnito gladio, quem apud Aethram olim reliquerat, libens agnovit filium, et Medeam, quae fuerat insidiarum causa, profugere coegit.* Ex qua conformatione fabulae in narrationem Diodori illud a me Cap. IX. p. 20. an-

notatum, Plutarcho, quocum in caeteris convenit Diodoro, contrarium fluxisse dixeris: immolatum taurum ab Aegeo esse, non a Theseo, ut Plutarchus et Pausanias. Nam sane si tum nondum agnitus Theseus fuerit, par erat ab Aegeo rege immolari taurum, non ab iuvene ignoto. Iam de fide habenda quod dixi, non est meum, uter illorum, Plutarchus, an quem nunc quidem auctorem contrariae sententiae primum habebimus, Ovidius, *verum* prodiderit, excutere. Callimachum cum Plutarcho, vel potius Philochoro, fecisse omnia suadent. Veluti, ut documenta asseram, scivisse Hecalen, quantum et quam nobili origine hospitem secum haberet, vix cuiquam dubium erit. Ergo Theseum putabimus, antequam agnitus fuisset a patre, illud de origine sua, quippe secretum, in aures insusurrasse Hecales? Indecorum. Deinde quum in extremo carmine haud dubie Thesei victoris in urbem introitus et sacrificium fuerit, cum introitum factum esse ab ignoto, et sollemne sacrificium interpellatum veneno et agnitione esse? Incredibile in eo poeta, qui omnium optime sciret aliud esse Theseida scribere, aliud Hecalen et Taurum. Alii cuiquam hoc fuerit primum, quanti res momenti fuisset, agnosci a patre Theseum, quanto obnoxia discrimini; sed tandem agnitum esse, et agnitum esse illustrem recenti victoria Marathonica, et occasionem praebente ea victoria. Callimacho primum hoc, gloria Thesei ex parte victoria Marathonica. Neque quicquam observationi isti in Diodorum tribuo: cuius testimonio id tantum probatur, dubitatum fuisse, et fortasse iam antiquitus, utrum taurum rex an victor filius regis immolavisset. Et ut dicam quod sentio, non multum tribuo Ovidio, qui, ut ex versu eius: *te, maxime Theseu, Mirata est Marathon Cretaei sanguine tauri*, intelligitur, totum illud, immolatum Athenis deo sive deae taurum, quae antiquioribus, Graecis, magni res momenti et pars fabulae minime contemnenda fuit, aut ignoraverit aut non curaverit. Ut alii, neglecto sacro, narrant breviter: — *ταύρον*,

ὄν ἀνέϊλε Θησεύς. Theseus taurum occidit.

Ad finem pervenimus disputationis huius quidem, quae aliquo fundamento nititur. Fundamentum dico, quod quae adhuc Fragmenta in *Episodio* posui, quae fere omnia geographica sive topographica erant, facile se ad efficiendum probabilem quendam narrationis Theseae nexum praebuerunt. Supersunt Fragmenta nonnulla, quae et ipsa communi appellatione

g e o g r a p h i c a

appellaverim: unum, quod ex Hecale esse perhibuerunt viri docti, vestigiis freti codicis alicuius, vel codicum, admodum incertis; alia, quae ex Hecale esse conicias, quoniam ad topographiam Atticae aut aliarum regionum cum historia coniunctarum Thesei spectant.

Quod primo loco dixi, apud Stephanum Byz. est:

Δίκη, ὄρος Κρήτης. Καλλιμαχος, ε (?) τὸ ἐθνεκόν, Δικταῖος καὶ Δικταία.

omissum a Bentleio fragmentum. Si omissum recte dicitur, quod quis consulto omiserit. Censebat Bentleius, nisi fallor, locum respici a Stephano non carminis nunc deperditi, sed exstantem etiamnum in Hymnis, fortasse h. Dian. 197. sq. Quae est exornata ab Holstenio coniectura veri satis similis. Scilicet quum in Hymnis non semel *Δικταῖος* nomen legatur, ut in hymno Iovis v. 4. et 47. quem ad locum Schol. Apoll. Rhod. I. 509. spectat: vix credam Stephanum Callimachi auctoritate istud satis aliunde notum, Cretae montem *Dicten* esse, comprobare voluisse, sed excitaverat doctum poetam, ut aliquid singulare doceret: quale est illud a Strabone X. p. 479. (733. sq.) reprehensum in h. Dian. I. I. Igitur si hoc, nihil commune *Δίκη* cum Hecale. Neque commemorassem Stephanum, nisi exstaret coniectura Berkelii, eademque Holstenio testante Salmasii: *Δίκη — Καλλιμαχος Ἐκάλη*. Quam ego neque approbari posse nec refutari sine alio libro censeo.

De quibus nunc constat, tantum ε vel ε̄ vel ε̇ habent. E cod. Rehd. Passovius: Καλλ. ε̇ ἐθν. ε̇ litteram Th. de Pinedo ita explicabat, fuisse olim a manu Stephani ἐν ᾿Τρινοις, vel ἐν Ἰάμβοις. Holstenius fuisse ἐν ᾿Θορον, ex hymno in Dian. 196. Th. Aldobrandinus suppleverat εἰς ᾿Αρτεμιν.

Hecalae vindicari velim, sed ipse non satis firma argumenta habeo quibus vindicem, Fragm. CLXXXVI. et CX. ita coniungenda :

εἰς ᾿Ασίνην, ᾿Αλυκόν τε, καὶ ἀμπόλιν Ἑρμιονήων.

.

τοῦνεκα καὶ νέκυες πορθμῆϊον οὔτι φέρονται
 μούνη ἐνὶ πολίων, ὅγε τέθμιον οἰσέμεν ἄλλους
 ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον
 ἀνθρώπους, δανάκην.

Horum illud, εἰς ᾿Ασίνην etc. Fragm. CLXXXVI. satis per se expeditum est, sedemque facile inveniet in historia Thesei, quum tria oppida ac loca, *Asine*, *Alycus*, *Hermione*, in ipso fuerint natali solo Thesei sita, prope Troezenem. Duas, *Hermionen* et *Asinen*, coniungit Homerus in Catalogo Iliad. II. 560. Ἑρμιόνην, ᾿Ασίνην τε, βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας, Τροϊζῆν, Ἡϊόνας τε καὶ ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον. *Alycum* non habet, nisi, quae Mülleri coniectura, Ἡϊόνες vel Ἡϊών, eundem locum significet. Cf. Strabo VIII. p. 373. (572. sq.) Pausanias de ὁμόρω τῆς Τροϊζηνίων Hermione II. 34. et 35. de Halice, ut ille *Alycum* Callimachi vocat, ibid. c. 36. Müller. Doriens. I. p. 155. 175. II. p. 436. sq. cf. si placet, Boeckhii ad Inscr. Hermionens. 1193. p. 593. sq. et de Halice Siebelis ad Pausan. II. 36, 1. Ab *Hermione* facilis atque expeditus transitus ad Callim. Fragmentum CX. Ubi quod traditur, τοῦνεκα καὶ νέκυες πορθμῆϊον οὔτι φέρονται μούνη ἐνὶ πολίων, id ipsum fuit apud *Hermionenses*. Strabo VIII. p. 373. (573. A.) et e Strabone Eustathius in Iliad. II. p. 286, 44. παρ' Ἑρμιονεῦσι δὲ τεθρύλληται τὴν εἰς ἔδον κατάβασιον

*σύντομον εἶναι· διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα τοῖς νεκροῖς
 ναῦλον. Caussam quod attinet, aliquid nos sapere supra Stra-
 bonem audemus. Strabo propter brevitatem viae portorii
 non opus esse Hermionensibus scribit. Nos caussam immu-
 nitatis a raptu repetimus Proserpinae, Suidae auctoritate mox
 in medium proferendi. Ab *Hermionensibus* Cererem edoctam
 esse de raptu filiae suae, celebris fabula apud Apollodorum
 I. 5, 1. *Δήμητρα δὲ μετὰ λαμπάδων νυκτός τε καὶ ἡμέρας
 κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα περιήει· μαθοῦσα δὲ παρ' Ἑρ-
 μιονέων, ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἤρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς ἀπέ-
 λικεν οὐρανόν.* ubi v. Heynius Obs. p. 25. Unde sponte
 colligitur, raptam esse apud Hermionenses Proserpinam, et
 per illam Strabonis *κατάβασιν*. Etsi hoc quidem nemo, quod
 sciam, diserte tradit. At tamen Pausanias haud dubie illam
 ipsam Strabonis *κατάβασιν* significat, ubi postquam de cele-
 bratissimo Hermionensibus cultu Cereris Chthoniae disseruit,
 II. 35, 10. ita scribit: *ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Χθονίας χω-
 ρία ἐστὶν ἃ καλοῦσιν Ἑρμιονεῖς τὸ μὲν Κλυμένον, τὸ δὲ
 Πλούτωνος, τὸ τρίτον δὲ αὐτῶν λίμνην Ἀχερουσίαν. περιείρ-
 γεται μὲν δὴ πάντα θριγκοῖς λίθων, ἐν δὲ τῷ Κλυμένου καὶ
 γῆς χάσμα· διὰ τούτου δὲ Ἡρακλῆς ἀνήγε τοῦ Ἄιδου τὸν
 κῆνα κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπὸ Ἑρμιονέων.* Ibi Proserpinam
 quoque raptam esse, sive per idem *χάσμα* sive per vicinum
 aliud, sed nulla caussa, cur non per idem: aut oblitus est
 dicere Pausanias, aut divinandum lectoribus reliquit. Quem
 idem paullo post, absoluta narratione quae est de Hermione,
 Halice, Asine, II. 56, 7. descensum commemorat, apud *Χεῖ-
 μαρῶν* fluvium, prope Lernam, per quem Pluto descende-
 rit cum Proserpina, nimis remotus ab Hermionensibus est,
 quam ut conciliari cum disputatione Strabonis queat. Ex his
 quod discimus gravissimum est, de uno eademque *καταβάσει*
 agi apud Strabonem I. I. et in Callimachi Fragm. CX. Sci-
 licet descensus fuere multi, et multi, per quos rapta descen-
 disse Proserpina ferebatur: at immunitatem portorii istam*

uni tantum urbi concessam fuisse diserte docet doctus poeta ille, *μούνῃ ἐνὶ πολλίων*: quam urbem, quum Strabo immunitatem eam de *Hermione* praedicet, hanc ipsam esse *Hermionen*, si non certum atque exploratum, at quam maxime probabile est. Scripsi hoc maxime propter Casaubonum, qui immunitatem illam communem locis, ubi *κατάβασις* esse ἄδου dicebatur, omnibus fuisse significat, Lectt. Theocrit. cap. IV. ad Strabon. l. I. Etsi hoc ipse quoque in Lectt. Theocrit. diserte statuit, de *Hermione* loqui Callimachum. Nunc audiendus Suidas est, qui unum praeclare, atque ex ipso Callimacho docet, alterum difficile, suspectum: *Πορθμήιον· ὁ μισθὸς τοῦ ναύτου. Καλλίμαχος· τοῦνεκα καὶ νέκυες πορθμήιον οὔτι φέρονται. Ἐν Αἰγιαλῷ γὰρ καταβάσιόν ἐστιν ἄδου* (vel εἰς ἄδου: cf. Schaefer. ad Schol. Apoll. Rhod. p. 185.), *ἐς ὃ ἀπελθοῦσα ἢ Δημήτηρ ἔμαθε παρὰ τῶν περιοίκων περὶ τῆς Κόρης, καὶ ἐδωρήσατο αὐτοῖς, ὡς λέγει, ἄφεισιν τοῦ πορθμηίου*. In his quod praeclarum dixi, postrema sunt, de caussa immunitatis. Quae mirifice conspirant cum narratione Apollodori: *μαθοῦσα δὲ παρ' Ἑρμιονέων, ὅτι Πλούτων αὐτὴν ἤρασαν*, ita ut ex Suida suppleri possit, quod ad alia properans omisit Apollodorus. Nam Apollodorus beneficium commemorare *Hermionensium* satis habuit; Suidas e Callimacho et beneficium commemorat, et quo Ceres modo illud remunerata sit. ὡς λέγει, scil. Callimachus. Obscurum atque suspectum illud, *ἐν Αἰγιαλῷ*. Quod et superiori demonstrationi nostrae, qua ad *Hermionen* retulimus locum Callimachi, repugnare videtur, et per se est ad explicandum difficile. Qui enim, vel quae *Aegialis*? *Αἰγιαλόν* novimus, s. *Αἰγιάλειαν*, quae Achaia postea, ex Homero, Strabone, Pausania, aliis, atque ipso Callimacho h. in Del. 75. Addam unum de doctioribus, simulque de doctioribus interpretibus unum: Euphorionem Fr. LXXX. ibique Meinekium: coll. Anth. Palat. T. II. p. 166. 464. cum annot. Jacobs. Novimus alios *Αἰγιαλούς* ex Stephano Byz. v. *Αἰγιαλός*. At Suidas videtur, quum *ἐν*

Αἰγιαλῶ scripsit, non magnum littoralem terrarum tractum indicare, sed certum quendam locum, oppidum, vicum. Iam est quidem *Aegiale* s. *Aegiælea* antiquissimum Sicyonis urbis nomen: Pausan. II. 5, 6, 6, 5, 7, 7. cf. Strab. VIII. p. 382. (587. A.) At nomine ita antiquato ut potuerit uti Callimachus, Suidam, vel eum a quo sua habet Suidas, aliam substitutum fuisse magis usitatam appellationem veri simile est. Accedit quod nullum in regione illa *καταβάσιον* memini. Est in Ponto Strabone XII, p. 545. (820. C.) et Stephano I. I. testantibus longus *Αἰγιαλός*, et *κώμη ὁμώνυμος*, sed cui non facile commune quicquam cum disputatione nostra. Viri docti quomodo se hac ex difficultate expediverint, non dispicio. Hemsterbusius quidem ad Luciani Colloq. select. Not. p. 18. ex Suida refert simpliciter, Cereris benevolentia remissum *Aegiali incolis* fuisse vectigal mortuale, propterea quod illam edocuisent de raptu Proserpinae; Strabone ibi non utitur. Qui conciliandum esse cum Strabone Callimachum, et loqui Callimachum quoque de Hermione statuunt, Anna Fabri in Callim. p. 249. (p. 353. ed. Ern.) Heynius Obs. in Apollodor. p. 25. etsi id, me quidem iudice, rectissime statuunt, tamen ante expedire istam Suidae discrepantiam debuerant. At, puto, non memores fuerunt Suidae. Ut nec Casaubonus. Mihi Suidas, sive antiquior Suida grammaticus, ex quo profecit Suidas, ut non liberandus ab obscuritatis crimine, ita excusandus videtur eo, quod fit obscurus, dum pressius accedit ad auctorem suum, Callimachum. Scilicet quum reputo, quam per se late pateat nominis appellativi *αἰγιαλός* potestas, nihil obstat, quomibus *αἰγιαλόν* poeta totum illud sinuosum littus, in quo sita Hermione, dixerit. De parte eius littoris, in qua ἡ προτέρα πόλις sita, aliquanto illa mari propior quam ἡ ἐφ' ἡμῶν Hermione, ipso vocabulo illo Pausanias II. 34, 9. utitur: *μετὰ ταύτην* (Hydreum insulam) *αἰγιαλός τε παρήκει τῆς ἡπειρῶν μνηοειδῆς, καὶ ἀκτὴ μετὰ τὸν αἰγιαλόν* etc. Iam Callimachus quid sibi voluisset, quum diceret *αἰγια-*

λόν, clarum erat legenti atque ante oculos habenti Callimachum: praecedebat enim mentio urbis, καὶ ἀμπόλιν Ἐρμιονήων. Apud Suidam, ubi nulla ante urbis mentio, obscura atque ambigua appellatio est, ἐν αἰγιαλῷ, et hanc fallacem speciem habet, ut Αἰγιαλός dici, hoc est, certus quidam locus, oppidum s. vicus, videatur. Denique, si quis sit, cui nondum persuaserim, de Hermione loqui Callimachum, omnem scrupulum eximet imitator, hac quidem in re, Callimachi Orpheus, Argon. 1141. (1134. vulg.) ἐνθα δέ οἱ χαμαλή τε καὶ εὐβοτος Ἐρμιόνηια τείχεσιν ἠρήρησται εὐκτιμέναις ἐπ' ἀγνιαῖς. ἐν δὲ γένη ζώουσι δικαιοτάτων ἀνθρώπων, οἷσιν ἀποφθιμένοις ἄνεσις ναύλοιο τέτυται. καὶ δ' αὐταὶ ψυχὰι μετεκίαθον εἰς Ἀχέροντα πορθμίδος ἐκ γλαφυρῆς· σχεδόθεν δέ οἱ εἶσι πόληος ἄρῆηκοί τ' Αἰδαο πύλαι, καὶ δῆμος Ὀνειρων. Dedi locum fere ut est ab Hermanno emendatus. Praeclarum inventum ἄνεσις ναύλοιο, pro vulg. ἀποφθιμένοισιν ἄλις ναῦς ἴα τέτ. Digna etiam Orphea forma verbi non valde poetica ἄνεσις: est ἄφραισι apud Manethonem III. 415. 427. Inscr. Boeckh, n. 474. Welcker. Syll. p. 179. et ἰππάφραισιν Epigr. ἀδεσπ. CCVIII. ἄνεσις Sibyll. XIV. 247. ζύνεσις iam Homer. Od. X. 515. Igitur habet Orpheus *Hermionen*, habet assignatam Hermionensibus immunitatem. Haud dubie e Callimacho. Tantum enim honoris habebitur Orphea, non ut e Strabone sapere, sed ex antiquiore auctore poeta existimetur. Differt a Callimacho, et cum Strabone facit eo, quod immunitatem a sola civitate repetit, non a Cerere. Quocum coniunctum est alterum huic poetae proprium, quod pro sua sapientia geographica, ex notissima urbe graeca nescio quam remotissimam a Graecia, proximam inferis, Hermionen sive Hermioniam fecit. Ex parte similia, pervenisse Argonautas ad ἄκραν Ἀχερουσίδα, et σπέος Αἰδαο, et Acherontis προχοάς, praecivit Apollonius II. 555. sqq. 728. sqq. Cf. Nicand. Alex. 13. 4.

Locum Callimachi, qui plenissimus exstat in Etymolo-

gico M. v. *Δανάκης*, pars, quam vidimus, apud Suidam v. *Πορθμηϊόν*, et rursus pars alia, νεὼς *Ἀχερουσίας ἐπίβαθρον*, apud eundem Suidam v. *Δανάκη*, ut nunc taceam eodem spectantes glossas alias, praeclara emendatione Casaubonus Lectt. Theocrit. cap. IV. p. 75. ed. Reisk. ad Strabon. l. l. p. 573. ed. Almel. et in Epistolis, editionis qua utor, 6. et 7. ad Theod. Canterum, restituit:

τοῦνεκα καὶ νέκνες πορθμηϊὸν οὕτι φέρονται
 μούνη ἐνὶ πτολίων, ὅγε τέθμιον οἰσέμεν ἄλλους
 ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον.

Atque sic satis emendatus visus Bentleio est, videreturque omnibus, nisi verissima esset Hemsterhusii in Lucian. Dial. mortuor. Vol. II. ed. Bip. p. 515. sq. observatio: *In eo solum a Casaubono dissentio, quod proferri hos versus non quia in illis voce δανάκης usus sit poeta, sed ad confirmationem moris (verba Casauboni in Lectt. Theocr.) existimarit, cum mihi satis apertum videatur, tribus, quos egregie refinxit, adiungi debere initium quarti versus Δανάκην.* Explicat mentem Hemsterhusii Ernestius ad Callimachum: *Certe Grammatici in glossariis non res, sed verba amplectuntur.* Recte. Atque quod vocem δανάκης inferendam in versum Callimachi quartum Hemsterhusius scribit, non coniectura est, sed ipse id indicat Etymologus, cuius hic locum integrum apponam: *Δανάκης, νομίματός ἐστιν ὄνομα βαρβαρικὸν, πλεον ὀβολοῦ· ὃ τοῖς νεκροῖς ἐν τοῖς στόμασιν ἐτίθεσαν. Καλλιμάχος· τοῦνεκα καὶ νέκνες πορθμηϊὸν οὕτι φέρονται μούνη ἐπιπτολίων ὅτε θυμιοησέμεν ἀλλ' οὐσάνοις ἐκ στομάτεσσι νεὼς Ἀχερουσίας ἐπὶ βᾶθρον δανάκης. Ἀχερουσία δὲ ἐστὶ λίμνη ἐν ἄδου· ἣν διωπορθμεύονται οἱ τελευτῶντες, τὸ προειρημένον νόμισμα διδόντες τῷ πορθμεῦ. εἴρηται δὲ δανάκης ὃ τοῖς δαναοῖς (δανοῖς conl. Sylburg.) ἐμβαλλόμενος. δαναοὶ (δανοὶ Sylb.) γὰρ οἱ νεκροὶ, τουτέστι ξηροί. δανὰ γὰρ τὰ ξηρά. Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ Περσικῶν.* Igitur fuisse vocem illam in quarto versu, certum videtur; quo in loco fuerit, quomodo accommodanda sit

versui, non item. Nam quod Hemsterhusio praecunte edidit Ernestius, acceperuntque Ruhnkenius ad Timaei Lex. p. 134. Valckenarius in Callim. Eleg. Fragm. p. 10. *δανάκην* ut sit ipsum versus quarti initium, recte Blomfieldius et Boissonadius senserunt vix posse molossum esse *δανάκην*. Ab hac parte tutus est Salmasii de Usuris c. XV. p. 427. conatus, in caeteris infelix et multo Casauboniana emendatione deterior: — *μούνη ἐνὶ πολίων, ὅτε τέθμιον οἰσέμεν ἄλλοις ἀνδράσιν ἐν στομάτεσσι νεῶς Ἀχερουσίῳ ἐστὶν ἔμβαθρον δανάκης*. Blomfieldius articulum inferri iubet, *τὸν δανάκην*: specie tantum facilem, et sine arte factam emendationem. Quod ego dedi supra, ab omni parte satis facit, quum sic sua, quam expectes, voci *δανάκης* mensura reddatur, et unum quod non explicatum a Casaubono restabat in scriptura Etymologi, explicetur. Non facile enim persuaderi mihi sinam, de nihilo esse, quod apud Etymologum legitur, *ἀλλ' οὐσάνοις*, recteque Casaubonum in eo notum scripturae compendium, *άνους* = *άνθρώπους*, agnovisse arbitror. Verum Casaubonus hoc recte observato non invenerat quomodo uteretur, sed additum *άνους*, h. e. *άνθρώπους*, a librario censet. Ego illud a manu profectum Callimachi, sed male traiectum ab aliquo librario in locum non suum arbitror. Quare revocavi ab initio versus tertii ad quarti initium. Quo autem errore sedem mutaverit, quaerere supersedeo. Fortasse *άνθρώπους* quum omissum ab oscitante librario fuisset, et postea suppletum in margine, ab alio repositum est loco non suo, in vicinia vocabuli *ἄλλους*, quocum sensu coniunctum esset. Similis est a nobis observata verborum transpositio in Fragm. CXXIV. *ἰδεος* male remotum ab initio versus tertii, et versui additum primo. Proximum est ut illustremus verba Callimachi, emendationesque Casauboni ut approbemus atque commendemus. Ac primum nobis, qui necti inter se Fragmenta CLXXXVI. et CX. iussimus, declarandum est, quomodo nexae sententiae fuerint, vel potius quomodo necti potuerint. Id meis faciam versi-

bus, partim ante scripta de loco Suidae et αἰγιαλῶ illustraturus, partim quo monstrem non magno eam in rem ambitu verborum opus fuisse. Multa potuerunt duobus versibus comprehendendi. εἰς Ἀσίην, Ἀλυκόν τε, καὶ ἀμπόλιν Ἐρμιονήων Δημήτρα τόθι χάσμα δυσέκδρομον αἰγιαλοῖο ἔφρασαν, ἀρπακτὺν τε μελαγχαίταο ἄνακτος. τοῦνεκα καὶ νέκυες πορθημίον οὔτι φέρονται μούνη ἐνὶ πολλίων, etc. Quorum non mala videtur, quippe facta ab eo, qui ipsum poetae locum manu teneret, paraphrasis esse: ἐν αἰγιαλῶ γὰρ καταβάσιόν ἐστιν ἄδου, ἐς ὃ ἀπελθοῦσα ἡ Δημήτηρ ἔμαθε παρὰ τῶν περιούκων περὶ τῆς Κόρης, καὶ ἐδώρησατο αὐτοῖς, ὡς λέγει, ἄφρουν τοῦ πορθημίον. Quod enim Grammaticus scripsit ὡς λέγει (Callimachus): non opus est ut diserte docuerit poeta a Cerere datam immunitatem esse. Id satis declarabat τοῦνεκα coniunctio. ὄγε neutrum, non valde usitatum, si recte memini: sed nihil excogites quod maiorem facilitatem habeat. Excidit γε propter similitudinem syllabae, quae sequebatur, τε. τέθμιον praeclare. Sic solet Callimachus: monstrat exempla Index, τέθμιαι- ὄραι b. Apoll. 87. τέθμια substantivum h. Dian. 174. Cer. 19. τεθμόν, vel τεθμυῖ, Fragm. CV. 1. Ac nescio an id primus Callimachus ausus sit a poetis Doricensibus assumere et frequentare. nam dorica forma recte vocabitur, cuius primarius auctor est Pindarus. Praeter Pindarum laudantur Lycophro v. 859. 1173. Oppianus is, qui Cynegetica scripsit, I. 450. Boethus Anal. Br. II. p. 127. Anth. Pal. II. p. 85. Cf. Valckenar. Epist. ad M. Roeverum, Opusc. I. p. 359. et 363. Addo Gregorium Carm. III. 8. XXXVIII. 20. 48. L. 166. οἰσέμεν significatione aoristi: quemadmodum ante Callimachum loquutum esse Homerum animadvertit iam Casaubonus. Idem discrepat a se ipso, dum ad Strabonem ἄλλους, in Lectionibus Theocrit. ἄλλοις legit, et in Epistolis illis ad Theod. Canterum primum sic: — ἄλλον Ἀνθρώπων στομάτεσσι νεὼς Ἀχεροντείας ἐπὶ βάρθρον, versu hypermetro, postea sic: ἄλλους Ἐν στομάτεσσι etc. ut ad Strabonem. Et omnino prae-

stat ἄλλους. Rursus atticissat Callimachus versu tertio: νεὼς Ἀχεροντείας. Etsi de Ἀχεροντεία id tantum certum est, exquisitiorem formam esse. Illustrat formam Ἀχερόντιος, Ἀχεροντία, vel Ἀχεροντεία, Monkius ad Eurip. Alcest. 455. Neque immodica videri debet audacia, Ἀχεροντείας restituere Callimacho pro eo, quod apud Etymologum, Ἀχερουσιάς: usitata haec permutatio est, ut in Euripidis loco Euripides λίμναν Ἀχεροντίαν, Scholiastes Ἀχερουσιάν λίμνην habet, non quod ita legerit, Ἀχερουσιάν, apud poetam, sed sponte se scribenti pro exquisitiore forma usitator obtulerat Ἀχερουσιά. Ubi ad Apollonii lib. II. 754. nunc in Scholiis Parisinis τὸ Ἀχερούσιον σπήλαιον legitur, ibi in Scholiis olim vulgatis τὸ Ἀχερόντειον σπήλαιον est. Non gravabor alia a me annotata exempla apponere. Et Apollonius quidem morem consuetum sequitur: Ἀχερουσιάς, Ἀχερουσιίδος, II. 554. 728. 750. 806. 844. Ἀχερουσιίδα λίμνην Meleager LXXVII. (Anth. Pal. T. I. p. 143.) 9. Ἀχερούσιον ὕδωρ Leonidas LXXVIII. (A. Pal. I. p. 528.) 9. Orac. ap. Suid. v. Τόνον, et Nonnus XI. 460. XVII. 501. λίμνης - Ἀχερουσιιάδος Sibyll. II. 245. At Paullus Silentarius Epigr. XXXIII. et XXXIX. (A. Pal. I. p. 154. 156.) Ἀχερόντια πῆματα et νύκτα - τὴν Ἀχεροντιίδα. Ἀχεροντιίδα λίμνην: Welcker. Syll. Epigr. p. 104. Ἀχερόντιος: Cramer. A. Gr. II. p. 57, 4. Ἀχερωίδες: Nicand. Alex. 13. ibiq. Schneid. Neque scriptum semel Ἀχεροντείας attentare volui. Etsi exempla neglecti ita ionismi rara sunt aut certe mihi non praesto. Est λαμπρά: Hermann. Opusc. Vol. VI. P. I. p. 153. 286. et in versu multum celebrato Iliados parvae, in quo fortasse pro dorico habitum λαμπρά originem aliis dorismis, μεσάτα et σελάνα dedit. Mirabar in Nonno ἀστραίαν, I. 461. praesertim postquam apud eundem alibi legissem ἀστραίη, ἀστραίη, ἀστραίην. postea intellexi correctum illud esse a Graecio Praef. Vol. II. p. X. ἐπίβαθρα apud Callimachum h. in Del. 22. utrum *ascensum* ipsum an *pretium ascensionis* significet, dubium est inter interpretes, Bentleium,

alios. Illam rationem commendat imitator Nonnus binis locis, XIII. 457. XLI. 117. Hac, ut *ἐπίβαθρον*, s. num. plurali *ἐπίβαθρα*, sit pretium, maxime *ναῦλον*, ad quam Nonnus aliis locis IV. 258. XIII. 364. accedit, praeter Callimachum in Fragmento hoc nostro, usi sunt iam excitati ab aliis Homerus Od. XV. 449. (*καταχρηστικῶς*, ut ibi visum est Scholiastis), Apollonius I. 421. alii. Cf. si placet, Claudian. III. (Anth. Pal. T. II. p. 47.) 3. Iulian. Aeg. XXXVII. (A. Pal. II. p. 232.) 3. Diodorus Siculus, ubi Graecis communia cum Aegyptiis, *λίμνην Ἀγεροσίαν*, alia, recenset, I. 96. *συμφωνεῖν δὲ καὶ τᾶλλα τὰ παρὰ τοῖς Ἑλλησι καθ' ἕδου μυθολογούμενα τοῖς ἔτι νῦν γινομένοις κατ' Αἴγυπτον. τὸ μὲν γὰρ διακομίζον τὰ σώματα πλοῖον βᾶριν καλεῖσθαι, τὸ δ' ἐπίβαθρον [νόμισμα] τὸν ὄβολόν τῃ πορθμεῖ δίδουσθαι, καλουμένῃ κατὰ τὴν ἐγγώριον διάλεκτον Χάρωνι, vel potius *χάρωνι*. ubi cf. de v. *ἐπίβαθρον* Wesselingius. De voce *δανάκης* quod docet Etymologus, *νομίσματός ἐστιν ὄνομα βαρβαρικόν, πλέον ὄβολοῦ*, haud dubie ex Heraclide docet. Hesychius: *Δανάκη· νομισμάτιόν τι βαρβαρικόν δυνάμενον πλέον ὄβολοῦ ὀλίγη τινί. τινί*, ut puto: alius e Codice eruet *γίνεται*. Pollux IX. 6, 82. *Persicum* vocat: *καὶ μὴν καὶ τὸν δανάκην* (olim male *τὴν δανικήν*) *εἶναι τινές φασι νόμισμα Περσικόν*. Antiquissimus auctor Heraclides est. Sed quinam ille de multis Heraclidis? Odessensis *ιστοριογράφος*? Putaverim Cumanum, cum Vossio in Historicis graecis, sed de cuius aetate non statim reperio quod certum sit. Is si posterior Callimacho fuit, quod nunc coniiicio, non contendo, proximum est, ut suspiceris sua illa omnia Etymologum, etiam versus Callimachi, Heraclididi debere. Hoc pono tamquam exploratum, ubicumque *δανάκην* dictum esse istum mortuorum obolum traditur, ab Suida in *Ἀγεροσίᾳ*, et in *Δανάκῃ*, ab Hesychio in *Δανάκῃ*, ubi ad priora illa additur: *ἐλέγετο δὲ καὶ ὁ τοῖς νεκροῖς διδόμενος ὄβολός*, a Zonara p. 468. et ab ipso Etymologo: ubique id Callimacho tradi auctore. Qua de re non piget*

adscribere verba ex docta disputatione de obolo mortuorum, deque pertinentibus ad eam quaestionem vocabulis *καθαδών* et *καπιτήριον* (*καπιτήριον*), Hemsterhusii in Lucian. l. l. p. 515. *Praeterea δανάκη, vel potius ὁ δανάκης, a veteribus vulgo nummus licce mortualis fuerit appellatus, si verum est, quod viris eruditissimis Grammatici persuaserunt; id enim ex Hesychio, Etymologo et Suida in Δανάκης, Ἀχαιοῖσι iure sibi colligere videbantur. Sed minime dubito, quin a Callimacho fluxerit ista glossa, qui auctor novandi vocabulorum usus haud infrequens forte solus antiquorum viaticum illud infernum δανάκην dixit, oboli vice eo nummi Persici genere posito, quod Graecis non ignotum pretio proxime respondebat. Non dissimilis est, quam ante laudatus Diodorus in memoriam mihi revocavit, audacia fortasse Aeschylī, qui primus vocem, ut fertur, Aegyptiacam βᾶρις in sermonem Graecorum poeticum intulerit. Conferantur, ut consistam in his quae proxima, βαλήν, ἀγγάρον πυρός. Quamquam maior Callimachi audacia videbitur, ut recentioris poetae. De origine vocis δανάκης persica quaestionem, quam Salmasius et laudati ad Hesych. et Pollucem agitant, iam seposueram, quum sensi piaculum esse, quod promptum paratumque auxilium habeas, eo non uti. Igitur rogatus a me vir harum linguarum peritissimus, gratus collega mihi, Christianus Lassenus, de origine vocis persica, et si quid sciri de genere vocis persicae et quantitate posset, haec respondit admodum benevole. Primo quae adhuc propositae explicationes vocis fuerint, incertas suspectasque esse, quippe petitas e recentiore lingua persica, in qua vetera vocabula persica prorsus transformata cernantur. In vetere sermone persico se nondum repperisse vocem illam: non mirari tamen, qui cogitet, quam sit notitia veteris sermonis persici imperfecta; ac minime negare persicam esse. Formam per se probam esse, et ex more vetere persico: masculinum *dānākās*, vel etiam *dhānākās*, a radice *dā*, dare. Quorum maxime postrema iucunda mihi fuerunt, et grata ad*

disputationem de graeca quidem voce iam absolutam accessio. Quamquam si demonstrari posset, longam Persis fuisse *να* syllabam, non sequeretur, eandem etiam Callimacho debuisse longam esse. Sunt apud Aeschylum in Persis nomina propria nonnulla, longa penultima, ubi ex more graeco exspectes brevem; atque ibi suspicio est quaedam, longam factam esse ab Aeschylō in imitationem insolentiae barbaricae. Callimachum puto, quum liberum esset, in voce *δανάκης* illud praetulisse, quod ori graeco facilius atque accommodatius. Syllabae autem *δα* correctio etiam eo se commendabat, quod pronuncianti hoc nomen homini graeco sponte se offerebat graeca originatio, *δάρος*, *δάνειον*, quo ipso vocabulo in eadem re utuntur Suidas et Photius in *Καρκάδοντα* vel *Καρκαδόνα*: *τοῦτο λέγεται Χάροντος δάνειον, συναγόμενον ἐκ τοῦ ὄβολου τοῦ συγκηδευομένου τοῖς τελευτῶσιν*. Scilicet quod nobis accidit, id in Graecis quoque observatur, ut peregrinis et ignota radice vocabulis cogitando eam derivationem significationemque subiicerent, quae propria verbis simile sonantibus graecis esset. τὸν *δανάκην* fuisse, non *τὴν δανάκην*, credo Etymologo, Polluci, tum viris doctis, Iungermanno ad Pollucem, aliis. Sed maxime Etymologo, propter auctorem, quem laudat, Heraclidem. Atque sic *δανάκην* haud dubie accipiendum in versu Callimachi, a nominativo *δανάκης*. Verum *δανάκην* in versu Callimachi quum per se ambiguum esset, inde per errorem Hesychio, Suidae hinc locis, Zonarae, Favorino quoque, natam formam puto, non approbandam aliunde, *δανάκη*. Cognatum *ἡμιδανάκιον* ap. Hesychium. et fortasse *δανικόν* Suidae, quod et ipsum Persicum Lasseno sonat.

Superest ut declarem, qua de causa hic pertractandum, ubi de Hecale agitur, hoc Fragmentum CX. mihi sumpserim. Igitur est qui illud in Hecale fuisse diserte testatur, Natalis Comes Mythol. Lib. III. Cap. 4. p. 131. ed. Ven. 1581. ubi prolatis Luciani verbis, quae sunt in libro de Luctu c. 10. *ὥστε ἐπειδὴν τις ἀποθάνῃ — γενησόμενον*, pergit: *is autem*

nummulus Danace a Graecis dicebatur, sicuti testatur Callimachus his carminibus in Hecale: τούνεκα καὶ νέκνες πορθημίων οὔτι φέρονται, μοῦνοι ἐπιπολίον ὅτι μὴ θυμασμένον αὐτοῖς. Ἄλλὰ κενοῖς στομάτεσσι νεὼς ἀχερουσιᾶς ἴσαν βάρθρον, καὶ δανάκης ἐπιδεύεται οὔτις ἀπιών. Haec ille. Omitto versus, quibus graecos ab se factos reddit atque explicat, nam sane opus erat explicatione, latinis. In versu 2. videtur sic voluisse, *θυμιάσομεν*. vertit enim: *nisi sacra feramus nos, et suffitus*. A Natale profectos esse versus istos non versus vel puer sentiat prosodiae graecae mediocriter gnarus. Ut nesciam quid Spanhemio acciderit, qui illis aliquid tribuere fidei videtur, in *Fragm. Callim.* p. 274. et 278. ed. Graev. (p. 384. 388. Ern.) Sciens autem, ni fallor, Natalis intulit vitia, *Ἀχερουσιᾶς* brevi ultima, pro quo Sylburgius in *Notis ad Natalis Mythologiam*, contra mentem Natalis Comitissae, *Ἀχερουσιῶδος* proponit; et *ἴσαν*, et *ἀπιών*. Ut sic conceptus locus e codice vetere, corrupto, descriptus videretur. Quos passim versus graecos ab se factos tamquam suos inserit, p. 119. sq. 184. 432. 543. sq. non ita imperitum prosodiae ostendunt. *θυμασμένον*, vel *θυμιάσομεν*, prima brevi, error non voluntarius: scilicet ita sibi emendasse visus est, quod legebat apud Etymologum, *θυμιονησέμεν*. At, inquires, non semper et per omnia mendacem esse oportet, qui uno in mendacio deprehensus fuerit. Condonanda erit Natali fraus facta in versibus; quod idem de carmine tradit, in quo versus fuerint, vere tradidisse et ex fonte ingenuo credetur. Haec magni viri Hemsterhusii fuerit sententia, ad Lucianum: *quod autem undecunquē investigatum Natalis Comes scripsit, versus esse ex Hecale depromptos, certissimum arbitror*. Et post Hemsterhusium, Ernestii. Crederem, si ullo modo probabile esset, Natalem illud ex alio incognito nobis fonte, aut ex pleniore, quam nostrum est, Etymologico tradere. Ut nunc se res habet, quum Natalem versus istos suos interpolando atque corrumpendo effinxisse ex Etymologico appareat, et ex

eo Etymologici exemplo, quod nostro nunc exemplo prorsus simile atque geminum, quis illud Natalis exemplum uno nomine *Hecales* locupletius nostro fuisse credat? Nempe credemus, quam illud in lucem prolatum fuerit. Interea cum viris doctis aliis fidem Natali hac quoque in re denegabimus. Qui sunt Sylburgius, Valckenarius, Ruhnkenius. Sylburgius ad Etymologicum ita: *Callimachi versus a Natale Comite paulo integrius citantur Mythologiae lib. 3. c. 4. — citantur autem ibi ex Callimachi Hecale: quae ubi ei visa sit et perillustrata, non addit.* Acumen Sylburgii ut percipias, recordandum est, quod idem vir doctus scribit in Notis ad Natalis Comitum Mythol. ed. Hanov. Wechel. 1619. *Haec sunt quae in Graecis autorum verbis recognoscendis animadverti, de quibus perlubenter cum ipso Natale per literas, lubentius coram si fieri potuisset, contulisset, oculosque meos et animum pavissem variorum autorum intuitu, quos Natali videre, nobis audire tantum contigit.* Valckenarius in Call. Eleg. Fr. p. 10. et Ruhnkenius ad Timaeum p. 134. breviter, sed ut intelligas nihil illos tribuisse testimonio Natalis de Hecale. Omnino quantum habeat Natalis Comes proprium, ex scriptoribus nunc deperditis, magis dubium mihi est, quam videtur Lobeckio esse in Diatr. antiq. de morte Bacchi p. 17. not. 10. coll. Aglaoph. I. p. 573. not. p. ac vellem plura protulisset reconditae huius in Natale doctrinae documenta: nam fortasse hanc quoque in quaestionem maiores meis sunt viri egregii copiae. Ut statim novum mihi erat, quod ex Pronapide profertur Natali commune cum Bocatio, Aglaoph. I. p. 600. not. Neque hoc superat fidem, penes Natalem fuisse aut Tzetzae Chiliadum codicem pleniorum, quamquam quibus aliis locis Tzetzae (qui Zezes audit Natali) Chiliades laudat, sunt autem multi, hanc speciem habent, ut ex edito exemplo laudare videatur, non ex scripto atque inedito; aut fabulam Babrii (Fragm. XLIII. ed. noviss.) ex alio libro, praeter Tzetzen, notam, unde Mythol. IX. 5. duos ineditos versus pro-

tulerit. Alia suspensum per aliquantum temporis iudicium tenent, et laudem venerationemque Natalis Comitit propagant, sed evanescent, ut nulla nisi industriae laus multaeque lectionis, haud raro cum fraude mixtae, remaneat, si verum ac primum auctorem reperire contigerit. Fraudis exemplum minime dubium est, simile ei, quod audentem Natalem in versibus Callimachi vidimus, in Mythol. lib. III. c. 17. p. 169. ed. Ven. versus Sosiphani ex Scholiis Apollonii III. 553. sed, quum ibi duo sint, apud Natalem tres, ex fabrica Natalis haud dubie, non ex pleniore Scholiorum codice. Memini, quum in Nicandri fragmento, quod Stephanus Byz. v. *Ἀθῶς* conservavit, aliquando versarer, quaerere me, unde Natalis II. 8. p. 110. *Neptuni filium habeat Athon, a quo mons.* Sero incidi in Scholia Theocrit. VII. 76. quamquam ne hunc quidem verum esse Natalis fontem contenderim: deest enim apud Natalem matris nomen, Rhodopes. VII. 1. p. 451. *quem (taurum Marathonium) dicunt nonnulli Dianae Marathoniae fuisse postea a Theseo mactatum:* non dicit, qui sint nonnulli, sed falsum dicit haud dubie. Discat aliquis ex eo loco, quomodo agere in narrationibus componendis homo eodem temporis puncto laude dignissimus industriae et reprehendus sua suaeque aetatis levitate soleat. De tauro illo priora fere ad verbum ex Pausania non nominato, adhibito Tzetze, quem nec ipsum nominat (sed nominaverat III. 7. p. 139. Chil. I. 19. cf. Chil. II. 36. v. 293. sq.), et fortasse etiam Apollodoro, sed inserens, de quo nihil neque apud Pausaniam, neque apud Apollodorum: — taurum hunc *ignem efflantem naribus:* puto ex epigrammate Quinti Smyrnaei, quod ipse p. 456. apponit. Quocum ea in re convenit vero Quinto Smyrnaeo VI. 237. Deinceps istud de Diana Marathonica. Denique hunc ipsum fuisse taurum Europae, Apollodori sententiam, omisso, quod memorabile est, Acusilao. Dimissurus eram hunc Mythologum, et finem facturum in admonitionibus Heynii ad Apollod. III. 8, 1. Obs. p. 263. Fragm. p. 458. et aliquoties iteratis

Lenzii ac Siebelisii ad Scriptores *Ἀριθίων*, sed amplius morandum est: audio enim quaerentes, quid commovere Natalem potuerit, ut ex ingenio illud pusillum additamentum comminisceretur, in *Hecale*. Igitur Natalis non solum, quod notum artificium eius, tacere atque abscondere, quo divitior videatur, fontes divitiarum suarum solet, ut *Menaechmum* laudat simpliciter, ubi laudandus erat *Menaechmus apud Schol. Pindari*; *Theolytum Methymnaeum in Bacchicis carminib.* ubi addendum erat *apud Athenaeum*: sed etiam amore fraudis, non inaudito aetate illa et in illo hominum genere, vel nescio cuius gloriae cupiditate, magna nomina, et quae fallaci doctrinae specie delenirent animos legentium, ementitur. Exempla non multa annotavi, sed idonea. Quo enim alio nomine dicas, quam mendacium, quum II. 6. p. 99. *Hermesianacti* tribuit versus, qui nunc apud Lobeckium *Aglaoph. I. p. 463.* leguntur? At Natalem mirifice delectarunt: *Neque minus luculenter sane hoc explicavit praeclarus ille et suavis poeta Hermesianax, ubi ita cecinit: Ἠλούτων, περσεφόνη, etc. Aretadae Gnidii* nullam esse eo loco, quem Natalis III. 1. p. 125. laudat, mentionem; iam monuit Sylburgius: v. *Schol. Apollonii II. 729.* Mendaciumne dicam an inexplicabilem errorem ambigo, quod IV. 10. p. 237. primum recte nonnulla ex Homeri hymno in Apollinem laudantur, tum statim versus eiusdem hymni 340. 341. *Nicandro* dantur *Colophonio*. Eadem *Demarchi* res est V. 13. p. 515. ubi quam Lobeckius locis paullo ante laud. Natali, qui propter illatum pro Nonno *Demarchum* poenas C. Barthio (itemque G. Falkenburgio in *Nonn. p. 1326.*) dedisset, excusationem parat, errorem hunc esse, non fraudem, de ea excusatione ne nunc quidem, post iteratam viri celeberrimi demonstrationem, persuasum mihi esse fateor. Ut enim concedam, ex solo Etymologico M. in v. *Διώνσοσ* eos versus (*Nonn. IX. 11. 12.*) afferre Natalem, non praesto habuisse Nonnum, quomodo qui, tacente nomen Etymologo, sciret, atque ead. pag. 315. dixisset, *Nonni* esse,

et in *Dionysiaca*, illos quos statim subiicit tamquam eiusdem poetae versus Etymologus (Nonn. IX. 17. sqq.), nescire potuit eiusdem etiam Nonni esse eos qui praecedunt? Rursus V. 6. p. 299. epigramma quod ἀδέσποτον invenisset (Anal. Br. ἀδέσπ. CCXXX.), ut haberet dominum atque auctorem, eumque magnum, *Ibyco* assignavit. V. 17. p. 352. *carminibus Saphicis a nobis olim in Latinam linguam translatis* an fraudem facere voluerit, quivis ipse iudicet. Quod VI. 7. p. 381. legitur: *Antimachus libro tertio Argonauticorum Iasonem cum Medea etc. erratum dicerem, sive Natalis, sive operarum, reponique Apollonium*, quem et alibi saepissime et hoc ipso in loco laudat Natalis, iuberem, nisi esset scholion in Apollon. Rh. IV. 156. unde nata *Argonautica* Antimachi. Eidem Antimacho aliud carmen, quod ille nunquam scripsit, attribuit, *Centauromachiam*, VII. 4. p. 473. *At Antimachus in centauromachia illos ab Hercule pulsos e Thessalia in insulas sirenum confugisse scripsit, ubi cantibus illarum delectati omnes in apertam perniciem fuerunt attracti.* Quod addit de Nesso, aliis, e Strabone, recte se habet. *Centauromachiam* Antimachi rectissime in dubitationem vocavit Schellenbergius in *Antimach.* p. 32. Neque aliud illa, ut puto, fundamentum habet, nisi Natalis ratiocinationem valde infirmam hanc: de Centauris victis ac fugatis aptissime in *Centauromachia* dici: ergo illud in *Centauromachia* dixisse Antimachum. Verum ego etiam de *Antimacho* addubito. Quis enim non iuret, Natali ante oculos fuisse auctoris eius, quo utitur saepissime, Tzetzae, vel, ut Natali appellatur, Isacii, in Lycophr. v. 670. haec: Ἐπειδὴ οἱ Κένταυροι διωχθέντες ἀπὸ Θεσσαλίας ὑφ' Ἡρακλέους, εἰς τὴν τῶν Σειρήνων νῆσον (ante Müllerum fuit εἰς τὰς - νήσους) παρεγένοντο, καὶ τῇ ᾠδῇ ἐκείνων θελγόμενοι ἀπόλοντο. De Antimacho nihil. At fortasse apud Natalem plenius exemplar fuit. Itane? Plenius Tzetzae exemplar apud illum, qui IV. 5. p. 199. eodem Tzetze ad Lyc. 355. praeunte a *Simonide* *Caeo* Genealogo scriptos perhibet, qui sunt versus

Apollonii? qui IV. 10. p. 240. cum eodem Tzetze nostro ad Lyc. 208. versus Apollonii alios *Heliodoro* tribuit? Pleniorum vitiis codicem habuerit. Certe illo loco qui est p. 199. ὑψηλῶν ὀρέων additur, quod apud Tzetzen ad Lyc. 355. additamentum, Müllero testante, Leopoldi Sebastiani est haud dubie ex aliquo codice. De *Sosicrate* in fabula Scironis VII. 9. p. 484. supra dubitationem movi. An Sosicratem intelligi voluit rerum Creticarum scriptorem, quem nosse Natalis ex Schol. Eurip. Hippol. 47. potuit? Vel aliunde: nam Scholia Euripidea si ad manum fuissent de Scirone scribenti, non neglecturus erat tam memorabilia testudinem et Callimachum. Ibid. p. 485. *Theopompi* auctoritate narratur quam Cap. III. p. 570. ex Pausania atque Hygino fabulam commemoravimus. Apud Theopompum Chium, cuius fragmenta habemus diligenter ab Eyssonio Wichers collecta; frustra quaesiveris. Neque inter caeteros, qui Theopompi nomen gerunt, ullum video, de quo audeam coniecturam facere. Et omnino multum confido, maxime in fabula huiusmodi, doctae diligentiae Meziriaci, qui sponsorem eius narrationis (vne iolie histoire) nullum praeter Hyginum et Pausaniam habet, ad Epist. Hypsipyles T. II. p. 111. sq. An igitur e coniectura male natus *Theopompus* est? Versiculos hos: Σειρήνων μετέπειτ' ἀφίξειαι (ἐσαφίξειαι ed. Wechel.) ἄλμυρον ὕδωρ, Σειρήνων γλυκερῆσιν αἰδαῖς δηλήσαντο ταὶ πλείστους ναύτας, ὧν πύθεται ὅστέα λευκά: non posse tales a *Lesche* profectos esse, ut VII. 15. p. 499. perhibetur, et a *Lesche* in parva *Iliade*, quibus viderit. Si tamen alicui antiqui videantur, sed corrupti, interpolati: ut mihi videtur, nec vola nec vestigium horum exstat, aut exstitit unquam, nisi apud Homerum, unde consuti sunt: maximam partem ex notissimo *Circes* sermone, quem et ipsum apposuit Natalis, Od. XII. 39. sqq. sed, ut aliquid differret Homerum inter et *Leschen*, μὲν πρῶτον callide mutato in μετέπειτα. cf. Od. I. 161. et ἄλμυρον ἴδωρ saepe. Denique de Musarum inventis epigramma Καλλιό-

πη σοφίην etc. merito illud ἀδέσποτον in Anthologia Graeca, Brunckii T. II. p. 513. Palatina T. II. p. 178. et apud Burmannum ad Anth. Lat. Lib. I. 74. unus quem sciam Natalis VII. 15. p. 507. obtrudit *Callimacho*. Scilicet acceperat doctissimum poetam fuisse Callimachum: igitur doctissimo poeta dignum tam doctum carmen. Reputandum est, aetati illi, pro sua indigentia, ea imprimis docta visa esse, quae didactica, et ex quibus statim compendiaria quaedam doctrina hauriri posset: ut epigramma hoc, et Hermesianactis, si diis placet, versus paullo ante commemorati. Post haec nemo mirabitur, quod *Hecales* appellatione, quo de poemate aliquid legerat, locum ab se prolatum Callimachi Natalis illustrare voluerit. Neque temeritatis crimen incurram, si eadem opera fragmentum *Hecales* alterum extorsero Natali Comiti. Id ille IX. 5. p. 635. ita profert, ubi secundum Apollonium I. 1126. de παρῆδροις Matris Idaeae, Titia Cyllenoque tradit: *Fuit autem Titias Heros indigena Cretensium, ut sensit Callistratus libro secundo Heracleae: quem fabulati sunt Iovis fuisse filium, cum tamen Callimachus in Hecale illum maiorem natu Cimmerii Mariandyni filiorum tradiderit, ob huius felicitatem cum gens illa maxime res suas auxisset, illum postea Heroem fatis urbium praefectum existimari lege sanxerunt, ut inquit Theophranes, et Promachidas in iis quae scripsit de Heraclea. ἀπεθεώθη γὰρ ὁ τιτίας ἀπὸ Μαριανδύνων, δι' ὃν μάλιστα τὸ ἔθνος ἐκεῖνον ἠνέξηται τε καὶ προῆκται πρὸς εὐδαιμονίαν. inter Deos relatus est Titias a Mariandynis, quoniam per illum gens illa maxime aucta est, et ad felicitatem est perducta.* Omnia ex Scholiis, praeter illud *Callimachus in Hecale*, quod ipse de suo inseruit, et praeter *Heroem fatis urbium praefectum*, quod ex verbis Apollonii. Comparetur Scholion: *Καλλίστρατος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ καθ' Ἡράκλειαν περὶ Τιτίου φησί· Τιτίας, ἥρως ἐγχώριος, ὃν οἱ μὲν μυθεύονται παῖδα Διός, οἱ δὲ πρεσβύτερον τῶν Μαριανδυνῶν τοῦ Κιμμερίου παιδῶν· δι' ὃν μάλιστα τὸ ἔθνος ἠνέξη-*

ται, καὶ προάγεται ἔτι εἰς εὐδαιμονίαν. καὶ Προμαχίδας δὲ ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλείας λέγει περὶ Τιτίου, ὅστις ἦν, καὶ Θεοφάνης. ἀπεθεώθη δὲ ἀπὸ Μαριανδυνῶν. Observetur, quam eceleriter Natalis novam *Heracleam* procuderit ex verbis τοῦ (vel τῶν) κατ' Ἡράκλειον. Cf. eadem Scholia in Apollon. II. 723. et in II. 780. haec: τὸν δὲ Τιτίαν οἱ μὲν φασὶ Διὸς παῖδα, ἓνα τῶν Ἰδαίων Λακτύλων, οἱ δὲ τὸν πρεσβύτατον τῶν Μαριανδυνῶν παίδων. Praeter illa, quae Natalis citat fragmenta Callimachi pauca sunt haec. Nisi unum alterumve me praeterierit, quod tamen non suspicor. Fragm. CXXIII. *Νηφάλιαι* etc. Natal. III. 10. p. 146. ubi conf. nota Fr. Sylburgii, et Natalis Comititis ad eam responsio in epistola ad Andr. Wachelium, ed. Hanov. 1619. Fragm. CCIX. *Φωκείων* etc. Natal. VI. 23. p. 438. Fragm. CCCLXXV. de Asopo, Natal. VIII. 16. p. 586. Callimachei libri titulum, *Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων, καὶ μετονομασίαι*, quum legisset apud Suidam, id opus aliquoties laudat, sic: *de conditis insulis, de habitatis insulis, in conditis insulis et habitatis urbibus, et earum nominibus*, vel etiam graeco titulo: II. 1. p. 58. 64. 4. p. 88. VII. 5. p. 476. VIII. 23. p. 607. bis. Quae omnia an sint vera fragmenta Callimachi, non vacat quaerere: ex illo libro esse, coniectura est Natalis Comititis, per se non inepta. Ex Hymnis locos apponere longum est; laudat autem omnes. Illud ridiculum, quod quum ante oculos haberet hymanum *in lavacra Palladis*, etiam alios ita nuncupat aliquoties, *in lavacrum Deli, in lavacrum Dianae, hymno in lavacrum Apollinis*. Haec de Natale, nimis multa, ut mihi met ipsi videtur, sed necessaria fortasse, ne iniuriam fecisse homini dicerer. At enimvero quoniam nec fraudulentum mendacemque sua defraudandum esse laude video, ut sit verissimum, nihil nisi hariolationem esse, impudenter venditam pro veritate, quod ille Fragmentum Callimachi CX. ad *Hecalen* retulit, quid si felix hariolatio sit? Equidem ut non assequor, quibus caussis Hemsterhusius permotus id *certissimum* esse, *versus esse ex He-*

cale depromptos, scribat, ita ipse dignos esse eo loco fa-
 teor. Digni qui inferantur in Hecalen, in universum versus
 sunt ii, in quibus longitudinem atque gravitatem agnoscas
 carminis epici, et quibus aliud poema Callimachi, ad quod
 referantur, non invenias. Iam Aetiis hos fore argumento
 aptissimos recte senserant Valckenarius et Ruhnkenius l. l. sed
 obstat, quod Aetia fuerunt, ut constat nunc quidem, metro
 elegiaco scripta. Ab historia Thesei non alienam mentionem
 Hermiones esse supra monui. Verum ut ad Hecalen accom-
 modetur hoc fragmentum, et alterum CLXXXVI. ponendum
 erit, Theseum in Episodio vel etiam ipsum poetam antea ea
 in parte carminis, quam nos circumscriptimus Capite tertio,
 satis multa narravisse de rebus Thesei, pueri, iis, quae non
 comprehendebantur ambitu, qualem supra designavimus, Epi-
 sodii. Asine enim, Halice, Hermione non sunt in via ea,
 quae Troezene Athenas ducit. Nisi Theseus Callimacheus,
 quum Athenas proficisceretur, huc illuc excurrere, etiamsi
 nihil ibi magni peragendum esset, sed tantum visenda mira,
 memorabilia, quam recta via uti maluerit.

Nullum excogito idoneum locum Fragmento CLXXXV.

Βριλησσοῦ λαγόνεσσιν ἡμούριον ἐπήσαντο.

Excogitaretur fortasse, si certius de situ Brilessi montis con-
 staret. De eo monte testimonia veterum a me alibi et a Mül-
 lero in descript. Atticae p. 216. excitata sunt. Etymol. M.
 p. 214, 9. *Βριλησός, ὄνομα τόπου τῆς Ἀττικῆς*: ubi nunc et
 Simonidis locus ille laudatur, et *τρεῖς χοῦς μέλιτος Βριλητίου*
 ex eodem Etymologico p. 149, 24. *Βριλησός*, an ex nuper
 edito praecepto Theognosti (Cram. A. Gr. II. p. 73, 2.) *Βριλη-*
σος: nota vel ex Thucydide varietas. Ruhnkenius in Epistt.
 Tittm. p. 102. Libanii et Plutarchi exemplis usum vocis *λαγών*,
λαγόνες, comprobat, de quo is cui fragmentum debetur Cal-
 limachi, Galenus T. IX. p. 368. ed. Lips. Ex Alciphrone III.
 23. αἱ *Βριλησῆσαι λαγόνες*, etiam ab Hemsterbusio adnotum
 Callimacho. *ποταμοῦ - λαγόνι* Antip. Sid. XXIII. (A. Pal. T. I.

p. 280.) 6. *λαγόνες*, latera lapidis, urbis, sepulcri: Nonnus XXXVII. 108. XL. 318. Gregorius Epigr. 185. 188. Graccus interpres Virgillii Ecl. IV. 50. *σκληρῶν-πένκης λαγόνων*. Nonnus II. 590. *λαγών-γαίης*. nisi hoc magis ad aliam disputationem referendum, quum *λαγόνες* sunt ilia, viscera. Caeterum *λαγόνεσσιν ὀμούριον ἐκτ.* admodum felix Bentleii emendatio est ex vulg. apud Galenum *λαγόνες εἰσὶ νόμον ὃν ἐκτ.* Ad datur vera, ut videtur, correctio Blomfieldii *ἐκτίσαντο*. ut sententia sit, illos conterminum Brilessio monti oppidum, vicum, *δῆμον*, condidisse. Comparo Callimachum Fragm. CIV. *λῆα παρὰ ξανθῆς Ἀρμονίης — ἄστυρον ἐκτίσαντο*. Euphorio Fragm. L. 1. Apollonius III. 1094. 5. *Μινύην, ἐνθεν φάτις Ὀρχομενοῦ δὴ ποτε Καδμείοισιν ὀμούριον ἄστν πολίτσαι*. Praeterea *ὀμούριοι* apud eundem Apollonium II. 579. cf. Dionys. P. 649. 686. 1132. Nonnus IV. 320. XIII. 254. XXI. 246. et *ὀμουρος* Dion. P. 435. Orph. Arg. 747. et cognata *μεσούριος*, *ἄγχουρος*, apud Dionysium, Lycophronem, Orpheum, Crinagoram. *ὀμούριον* coniectura Hermannii in *Hermesianactis* v. 55.

Est alia quaedam suspicio mea, levis illa, sed tamen suspicio, occasione quam Hecale offerebat multifariam dicendi de antiquitatibus Atticae, usum esse sive Theseum sive poetam, ut insereret vetustum nomen *Mopsopiae*. Fragm. CCCLI. e Stephano Byzantio:

Μοψοπία, ἡ Ἀττικῆ, ἀπὸ Μόψοπος· Καλλιμάχος.

Nam hoc tantum agere Stephanum existimo, *Mopsopiae* appellationem ut comprobet auctoritate Callimachi. Ea appellatione bis utitur Lycophro, fuitque Euphorionis, in quo similis doctrinae ostentatio, titulus carminis *Μοψοπία. τὴν κρηναὴν Μοψοπίαν* Agathias LXXXII. (A. Pal. T. I. p. 495) 8. *Μοψοπίοις-ἐνναέταις* Paull. Sil. LX. (A. Pal. II. p. 660.) 8. Et apud amatores nominum exquisitorum poetas Latinos haud raro. At de Fragmento CCCLXVII. quo qui aliis *δῆμος τῆς Αἰοντίδος φυλῆς* fuit, *Ἀλμιούς*, Callimacho *πόλις* fuisse tra-

ditur, quid sentiam, breviter indicatum est p. 43. Cur autem sentiam, hoc est, quod verba Stephani, *Καλλιμαχος δὲ πόλιν ἠγεῖται*, magis grammatici de re geographica disputationem quam mentionem carminis loqui videntur.

Non nego alia in Fragmentis Callimachi latere ad Hecalen pertinentia, et referenda aliquando ad Hecalen, si bona fortuna voluerit, certis testimoniis, mythologica, historica, geographica. Quis metiatur animo, quae data opportunitate obiter commemorare potuerit poeta omnia? Nobis in iis consistendum fuit, quae ex Hecale esse aut boni testes testantur, aut internum quoddam indicium persuadet. In quibus nullum eiusmodi indicium est, aut nullum imbecillitati oculorum nostrorum comparuit, excludenda erant. De his nunc loquor, quae sunt mythologica, historica, geographica. Nam alia dictione memorabilia, atque hac de causa laudata grammaticis, saepius inserere ausus sum sola coniectura ductus, ubi apta argumento, quod mihi obversabatur, carminis, singulisque locis viderem. Etsi semper sensi, et satis significavi ubique, qui coniecturam eiusmodi faciat, similem esse tesseri ludenti, quo in ludo spem boni eventus fere aequat erroris damni que periculum. Quod si quis idem dicendum esse de fragmentis aliis, in quibus certa deprehendere indicia mihi visus sum, et quae confidenter suis assignavi locis, contenderit: veluti si quis *Glaucopium* fuisse quidem in Hecale, sed qua in parte fuerit, et in quo sententiarum nexu, dici non posse obiiciat: ego ne hoc quidem nego. Enimvero satis curavimus, ni fallor, tum insertis hic illic admonitionibus, tum colore atque habitu totius disputationis nostrae, ut significarem hoc quicquid conati sumus in Hecale, magnam partem in probabilitate versari; probabilitatis autem quasi quosdam gradus esse: ut quod summum probabilitatis gradum habeat, id pro demonstrato atque explorato haberi possit, donec aliud etiam magis probabile inventum fuerit. E. g. de *Γλαυκωπίω* unum certum est idoneo testimonio, *Γλαυκωπίον*

mentionem in Hecale fuisse. Deinde pro certo habitum iri confido, fuisse verbis conceptam his: ἢ τ' ἄρκης θῖνα Γλαυκώπιον ἕξει. Etsi hoc iam ex iis est, quae non persuadeas ei, qui plane nolet credere: nullus enim antiquus auctor ea verba diserte tribuit Callimacho. Alterum, fuisse *Glaucoπιῖ* mentionem loco a nobis monstrato, ab eo, quod Episodium fuisse de rebus Thesei ante actis deque itinere Thesei monstravimus, summam probabilitatem habet. Rursus illud ipsum, fuisse tale quoddam Episodium, non solum in universum ex natura carminis epici, sed probabile est, ut quod maxime probabile, propter fragmenta nonnulla, e. g. illud: ὅς ῥ' ἔφυγεν μὲν Ἀρκαδίην, ἡμῶν δὲ κακὸς παρενόσσατο γείτων, de Cercyone: quod in Hecale fuisse tam veri similis coniectura est, ut pro vera certa que haberi debeat; si autem in Hecale, fuisse in narratione ante actorum, necessario sequitur ex eo, quod de argumento atque ambitu poematis constat.

Sed in eo eram, ut ostenderem, quae excludenda fuerint. Eius generis maxime duo habeo, si non excludenda ac praetereunda silentio, at tamen hic tantum digna mentione inter ea, quae prorsus incerta: unum a Valckenario adhibitum ad Hecalen, a Blomfieldio alterum. Ammonii p. 103. verba sunt: Ὀλίγον καὶ μικρὸν διαφέρει τὸ μὲν γὰρ ὀλίγον ἐπ' ἀριθμοῦ, τὸ δὲ μικρὸν ἐπὶ μεγέθους τάσσεται. Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι, ἐκάλεσ' ἐπὶ στοιχείου, ὀλίγην νησίδα Καλυψοῦς. φασὶ δὲ οὕτω, ὀλίγην μακρὰν (vel μικρὰν) ὑπ' ἀλλακτικῶς. τὸ μὲν γοῦν ὀλίγον ἐπ' ἀριθμοῦ, τὸ δὲ μικρὸν ἐπὶ μεγέθους τάσσεται. καὶ Ὅμηρος, (Od. XX. 259.) δίφρον ἀεικέλιον παραθεῖς ὀλίγην τε τράπεζαν. τὴν μικρὰν. Mirum: inprimis illud bis positum τὸ μὲν - ὀλίγον ἐπ' ἀριθμοῦ, τὸ δὲ μικρὸν ἐπὶ μεγέθους τάσσεται. Et manifesto corruptum ἐκάλεσ' ἐπὶ στοιχείου. Tentavit p. 181. Valckenarius: — Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι Ἐκάλῃς, ἐπὶ στίχου.

ὀλίγην νησίδα Καλυψοῦς.

φησὶν οὕτως, ὀλίγην, μικρὰν, ὑπ' ἀλλακτικῶς. τὸ μὲν etc. Quo

statim prior difficultas illa tollitur: nam prius τὸ μὲν γὰρ — τάσσειται Ammonius, alterum τὸ μὲν γοῦν — τάσσειται excitatus ab Ammonio Aristonicus dicit. Et quum vulgo legatur φασὶ δὲ οὕτω, aliquanto propius ad vulgatam accedemus distinguendo ita: Ἀριστόνικος — ἐπὶ στίχου· ὀλίγην νησίδα Καλυψοῦς. φησὶ δὲ οὕτω· ὀλίγην etc. Illud tantum dubium, utrum postrema, καὶ Ὅμηρος — μικράν, ex disputatione Aristonici, an addita sint ab Ammonio. Pars emendationis primaria — Ἐκάλης, ἐπὶ στίχου· — quam incerta sit, quum de Aristonici ὑπομνήματι Ἐκάλης nihil aliunde constet, et Valckenarius senserat, qui de sua ipse emendatione ita scribit: *Sed haec mera est et nullo argumento nixa hariolatio*; et acute nuper Lehrsius de Aristarchi studiis Hom. p. 6. collegit quae obstant speciosae coniecturae illi. Et Lehrsius ut unum alterumve opponi haud male poterit, ita hoc facile omnes concedent, prorsus incertam rem esse Valckenarii. Unum tantum caveri velim, quod ad nostram nunc rem facit: ne quis haec, ὀλίγην νησίδα Καλυψοῦς, quod aliena ab argumento Hecales videantur, plane non debuisset ad Callimachum et Hecalen referri dicat. Nam ut dixi, quis metiatur animo certisque circumscribat finibus, quas poeta res fabulasque obiter commemorare, data opportunitate, potuerit, quas non potuerit? Ac si vehementer urgear, ut locum Hecales, quem obtinere illa potuerint, ostendam, ego in Prooemio poematis fuisse coniecerim, inter alia contra adversarios scriptum, hoc fere modo: *νηίδες, qui ignorant ὀλίγην νησίδα Καλυψοῦς*. Coniecturam docte communiendam eo, quod, ut supra p. 54. vidimus obiter, aliunde constat, Callimachum alicubi sententiam dixisse de Gaudo, parva et obscura insula, quam tamen ipse pro *insula Calypsus* habuit. Hoc tantum exempli caussa, et in honorem Valckenarii emendationisque speciosissimae.

Opinionem Valckenarii aliam, de Hecale cogitantis in Fragmento Callimachi CCXXVI. tractavimus Prolegg. extr.

Non magis certa res est de Fragmento Blomfieldiano CCCCLXXV.

σὺν δ' ἡμῶν ὁ Πελαργὸς ἀμορβεύεσκεν ἀλήτης.

ex Etymol. M. in Ἀμορμεύω, Lexico Ms. Mosq. in Matthaei Lectt. Mosquens. V. II. p. 82. et Zonara Tittmanni. Et Callimacho ne tribuatur versus, qui apud grammaticos istos sine nomine fertur, non dissuadeo. Digna Callimacho vocabula Πελαργός, ad quod Blomfieldius Fragmentum CCLXXXIII. Τυρσ. τείχισμα Πελαργικόν, comparat; ἀμορβεύεσκεν, quod supra Cap. II. p. 546. attigimus. Quamquam hoc quidem etiam alii de hac docta prosapia poetae usurparunt, ut Nicander Theriaco- rum versu eo, quem apponit Etymologus, et alibi. Sed placet in unum colligere testimonia. Igitur ἀμορβοί Callim. h. Dian. 45. Fragm. XLVI*. Nicand. Ther. 49. Cyneget. I. 132. ἀμορβῆς Cyneget. III. 295. ἀμορβάδες Apoll. Rhod. III. 881. (ἀμορβαίους Nicand. Ther. 28. 489.) ἀμορβεύοντο idem Ther. 349. ἀμορβεύουσιν idem Fragm. XXXV. Verum quod alterum scribit Blomfieldius: *Nihil dubium quin ex Callimachi Hecale sit*, nescio utrum recondito aliquo mihi inob- servabili argumento an nullo scribat. Et omnino ὁ Πελαργὸς ἀλήτης, ut recte dedisse Blomfieldium pro Etymologi scriptura ἀλοίτης arbitror, quis est? Populum recordamur πλανήτην, vel gentem, Tyrrhenos Pelargos, e scriptoribus iis, quos ad Fragm. CCLXXXIII. indicavi. An ea ipsa gens significatur verbis ὁ Πελαργὸς ἀλήτης, ut sit collectivum, pro plurali? Ut Nonno, qui multum delectatur verbo ἀλή- της, XIII. 287. λαὸς-βαλανηφάγος Ἀρκὰς ἀλήτης dicitur, et similiter XLV. 114. Τυρσηνὸς ἀλήτης. Periclitabor aliquid, sed longe incertissimum, et in quo opus erit, ut, cuius rei nullum usquam vestigium exstat, non natam in Attica esse Hecalen, sed immigravisse aliunde conicias. Ut Hecale di- cat, tempus significans adventus sui: σὺν δ' ἡμῶν ὁ Πελαργὸς ἀμορβεύεσκεν ἀλήτης. At magis unus quidam vir vide- tur esse ὁ Πελαργὸς ἀλήτης. Qualem vix invenias, quocum

aliquid Hecalae commune fuerit. Neque Theseus, quod sciam, eo in itinere, de quo agebatur in Hecale, ullum aut laborum socium, aut comitem itineris, qualem alibi Pirithoum, et quales Hercules Iolaum, Telamonem, ipsum Theseum (Plutarch. Thes. 26. coll. 29.), Ἀρκάδας, habuit. Et tamen notum quendam hominem fuisse dixeris, de quo poeta ita simpliciter: ὁ Πελαργὸς ἀλήτης. Obiter moneo frustra futurum esse, si quis ex locis eiusmodi: τοῦτον (Sinin: Schol. Eurip. Hippol. 974.) ἐφόνευσεν ὁ Θησεὺς μόνος, colligat, in aliis facinoribus Theseum adiutum ab aliquo socio fuisse. Additum μόνος augendae admirationis caussa. Similiter Isocrates Encom. Hel. p. 236. *taurum*, ὃν πάντες οὐκ ἐτόλμων ὑπομένειν, μόνος χειρωσάμενος etc.

Inseram obiter meas quasdam subitarias, h. e. natas aliquando, et sepositas quum vix natae fuissent, de locis ad Hecalen referendis mythologicis, historicis, geographicis suspiciones. Nam in illis, quas supra pag. 5. sqq. apposui, sententiis, ut dicebam, generalibus aliqua tamen veri similitudo inerat ex eo ipso, quod erant tam generales. In his fere nulla. Non ineptum videbatur aliquando de introitu Thesei in urbem, primo illo, acceptum Fragm. CXLI.

ἔγὼ δ' ἤγησα Λυκείου

καλὸν αἰεὶ λιπόωντα κατὰ δρόμον Ἀπόλλωνος.

Nunc unum teneo hoc, licuisse poetae Theseas illas Athenas etiam iis instruere monumentis institutisque, vel monumentorum institutorumque initiis, quorum incerta aetas nulloque idoneo documento temporibus vindicanda Thesei esset; vel quorum, quae tunc erat, conformatio ad posterius Theseo tempus certo referenda esset. Id quod de Lyceo constat. Fragmentum CCCCXL. (coll. Valekenar. Diatr. Eurip. p. 281. A. et Schol. Homer. Bekker. Il. X. 67.)

ἄνωγε δὲ πορθμέα νεκρῶν:

quo argumento Blomfieldius ad eum locum pertinere, unde Fragmentum CX. desumptum, coniciat, non dicit. Ego si

accommodare hoc ad Hecalen iuberer, verba esse Thesei con-
iicerem collocanda in parte poematis extrema, Cap. X. Pre-
ces deo, ut placidum traiectum Hecale habeat. Observatur
mihi ex tragoedia Chorus apprecans deos pro sereno Oedipi
exitu, utque non impeditum a Cerbero descensum habeat. Neque
multum obstaret, quod Hecale tum iam mortua, ubi acces-
sit Theseus. Certe illud elegantissimum, quo fingitur etiamnum
in via esse: ἴθι, πρηεῖα γυναικῶν, τὴν δόδον etc. Rur-
sus in Epimerismis Hom. Anecd. Gr. Cramer. I. p. 264, 26.
memorable est fragmentum Callimachi: — ἄλλοι δὲ [λαός
vocabulary] παρὰ τοὺς λάας ὠνομάσθαι.

λαοὶ Δευκαλίωνος ὅσοι γενόμεσθα (Cod. γενόμεθα).

Καλλίμαχος. qui aut Thessali cuiusdam sermo est (non He-
cales, nisi forte alicui, Fragmento CXXIV. in subsidium vo-
cato, Thessalam facere Hecalen, atque inde advectam singu-
lari casu in Atticam, placuerit): aut dictum a nescio quo
poetica libertate vel negligentia, cuius quidem cum aliis
Nonnus III. 211. VI. 367. coll. VII. 32. particeps est, de cun-
ctis hominibus generatim. Quod deest ad versum, non uno
modo supplebitur. fortasse γεγείον. sed praestat aliquid tale:
λαοὶ Δευκαλίωνος ὅσοι γενόμεσθα γενέθλης: cf. Coluth. 269.
vel Δευκαλίωνος-βολάων. Et apud Theognostum p. 38, 25.

ἔν' Ἀμαζόνες ἄνδρες ἔωσιν.

vel ἔωσιν: habile fortasse ad locum de beneficentia Hecales, hac
lege, ut ἀμαζόνες, *pauperes*, scribatur. Cf. Etymol. M. p. 75,
53. Gud. p. 41, 3. Steph. Byz. in Ἀμαζόνες. omnes e Callima-
cho, ut puto. Sepono examinata quae reliqua annotaveram.
Unum est ap. Choeroboscum B. A. Gr. III. p. 1188. (coll. Goett-
ling. in Theodos. p. 241.) et Herodian. π. μον. λ. p. 12, 5. alie-
num haud dubie ab Hecale, sed de quo doceri me velim,
qui sint homines fortasse satis noti, mihi nondum cogniti,
Chellon et Comes: δημεχθέα Χελλῶνα κακόκνημόν τε Κόμητα.
Χέλλωνα Dindorfius ad Herodian. Χέλλων quidem aeolicum
illud saperet, de quo supra. An sunt nomina ficticia, for-

tasse adversariorum Callimachi? *Χελλών*, Labeo, ut est piscis nomen; et *Κόμης*, quod et ipsum suam explicationem in se habet. Fortasse ex Ibide. Sed absteineo.

Ut nulla non parte officio hospitis satis faceret Hecale, utque omnis explicaretur parvae domus opportunitas, etiam noctem transegisse Theseum in humili tugurio coniiicio. Accedit causa altera. Quod instabat Theseo iter, quae expeditio, ab Hecale in campum Marathonium, adversus taurum, quum per se non multum temporis posceret, siquidem neque iter longum, et cum tauro congressio ac pugna brevem habere debuisse eventum, sive eum felicem sive infelicem, videtur: tamen antiquitati, et qui ad opiniones fabulosae antiquitatis sese accommodaverunt, poetis aliter visum est. Visum est autem, quo magnam ac difficilem fuisse expeditionem appareret, etiam temporis quadam longitudine opus esse. Quo factum est, ut quasi extenderentur brevia per se spatia loci, et magnum ut videretur iter, quod re vera non magnum fuisset. Id me quidem maxime Molochi historiae comparatio docuit. In qua si quaeratur, quo tandem opus fuerit intervallo *triginta* dierum, quum tamen Molochi domicilium proximum fuisse regioni, in qua leo versaretur, omnia suadeant, duplex parata est responsio: una, tempore opus Herculi fuisse, ut leonem investigaret excuteretque e cubili, quod indicat Apollodorus verbo *μαστεύσας*, etsi Theocrito XXV. 216. 225. eam in rem paucae horae sufficiunt; altera, quae latius patet, tempore opus fuisse, et multo tempore, ut res fieret gravior. Sic Theseum aliquot dies abfuisse, postquam reliquisset Hecalen, occupatum in tauro, ut eum investigaret, idoneamque aggrediendi opportunitatem captaret, Hecalen vero non statim primo die primave nocte, postquam abiisset Theseus, mortuam esse, sed paulatim consumptam cura, moerore, anxietate, et praeter hoc gravem annis, post

aliquot dies decessisse statuo. Hinc aptissime nox una concedetur Theseo secure peragenda in domo hospitae. Et Herculis quoque apud Molorchum commoratio in noctem producta fuit, et per noctem, Probo testante, ut est Probi testimonium a me supra explicatum ac suppletum ex Pomponio Sabino. Fragmenta poetae quae huc referam nulla habeo. Suspicebam aliquid de versu, qui est apud Suidam in v. *Κλισία*: — *λέξομαι ἐν μυχάτῳ · κλισίῃ δέ μοι ἔστιν ἐτοίμη*. Sed praeter exquisitiorem vocis *κλισίῃ* significationem, non percipiebam ex eo illud Callimacho proprium. Et nunc probabiliter G. Bernhardy versum ad fabulam refert, cuius tres versus apud eundem Suidam v. *Ἐταιρεία*. Cf. Babrii Fabb. ed. Knoch. p. 203. Caeterum admonet locus iste, ubi Theseus cubuisse censendus sit. Scilicet in lecto, quem Hecale paraverat subitarium, in parte casae anteriore; ipsa suo consueto loco cubabat, *ἐν μυχάτῳ*, vel *μυχῷ*. Mos Homericus: II. IX. 658. sq. et 663.

VII.

Si recte coniecimus etiam in noctem Theseum hospitio Hecales usum esse, splendidum huius septimi capitis, vel partis septimae, initium paratum est. Fragmentum est Callimachi CCVI. hac specie, ut illico cuivis ad longiorem narrationem et carmen pertinere epicum videatur. Nexum fingas huiusmodi, colores mutuans ex locis Homericis. Et illum quidem altus somnus tenuit; non item Hecalen, quam expertem somni, vel mature excitatam ex somno, nunc haec cogitatio, nunc subibat illa:

τόφρα δ' ἀνίσχουσα βλοσυρὸν λόφον ἔγρετο Τιτώ.

Apud Tzetzen in Lycoph. v. 941. quum vulgatum *τόφρα δ' ἀνίσχουσι βοσσὸς λόφον ἔγρετο Τιτώ*, in Codice autem MS. *ἀνίσχουσα Βοσσὸν* legeret, Bentleius hoc edendum proposuit: *τόφρα δ' ἀνίσχουσα* (ed. Graev. *ἀνισχούση*) *Βοσσὸν λόφον*,

ἔγρευτο Τιτώ. sed ille fatens Βοσσόν collem se nescire, et quaerens an μέσσον legendum sit; et rursus, an Βοσσός λόφος idem sit qui Φηγίου πάγος apud Lycophronem v. 16. Et hoc quidem qui concesserit, quod accipere videtur Bentleyus, ut est ibi latine versum: *Interea autem ascendens Bossum cli-
vum experrecta est dies: collem esse λόφον, et ἀνίσχειν ascen-
dere, non uno modo tentare βοσσόν poterit.* Nam de ortu Aurorae qui scribunt, diversas rationes sequuntur, unam mythicam, alteram poeticam. Mythica est, quam proponit Lycophro: Cernen quandam esse, cubiculum Tithoni, unde assurgens Eos primum in Φήγιον collem conscendat. Hinc Cernen, ut alios taceam, Nonnus habet locis a Graefio Praef. Vol. II. p. XII. indicatis. Quibus addiderim XXII. 136. 7. Ἄλλ' ὅτε χιονόπεζα, χαράξασμένη ζόφον, Ἥως — δροσερῇ πορφύρεο πέτρῃ. Etsi enim alii in eo consistunt, ut montes collustrari ab oriente Aurora, sive Lucifero, sive sole dicant, nullo addito montium nomine, quemadmodum Quintus II. 1. 185. IX. 529. loquitur: tamen Nonni illud ita scriptum est, ut certam quandam πέτρην significari putes: fortasse illum ipsum Φήγιον πάγον. Contra quum *de Ida nasci* (Serv. in Virg. Ecl. VIII. 30. Aen. II. 801.) Luciferum dicunt, vel Auroram, ut Nonnus III. 55. sq. facit, id haud dubie ad communem rationem poeticam revocandum est. Saepe poetae suo iure eos primum in montes ascendere Auroram, atque hos collustrare recenti lumine scribunt, qui sunt in vicinia regionis eius, in qua res agitur poetae. Ut, si quis exempla desideret in re satis per se clara, Pelion nominat Apollonius I. 520. Caucasum idem III. 1224. cf. II. 164. Nonnus Evang. Io. VI. 22. Ἄλλ' ὅτε πορφύρων Τιβερέητιδα γείτονα πέτρην ἀκροφανῆς ἐχάραξε λιπόσκιον ὄρθρος δμίχλην. cf. ibid. II. 1. Itaque ad eum modum licebat Callimacho ponere nomen montis, quem ascendisset Τιτώ, Attici cuiusdam. At neque montis nomen Attici aut vicini quisquam exsculpserit ex corrupto βοσσόν; neque ἀνίσχειν ascendere significat. Aliud est enim, quum intransitivum

est, quod saepe fit, *ἀνίσχειν*, *ἀνέσχε*. Quare recte Ruhnkenius in verbo *ἀνίσχειν* non *ascendendi*, sed *in altum tollendi*, *effferendi* significationem esse sensit, et in corrupta voce *βουσσόν* epitheton latere ad *λόφον* referendum, quod *nitidum*, *radians*, *splendens*, significet. Confert Ovidium Metam. VII. 665. *iubar aureus extulerat Sol.* et eandem rem Callimachum Fr. CCLVII. venuste sic expressisse: *φιαρῆ-τῆμος ἀνέσχεν ἔως*. Inscr. Memnon. L. quam ego inscriptionem dum recordor, simul memoriam praeclaræ demonstrationis multa cum voluptate revoco: igitur Inscr. Memnon. L. in illo Letrounii opere, ex probabili viri eruditissimi p. 224. restitutione: *ἐὺτ' ἄν* (ex *ΑΤΤΑΝ*) *δ' ἠέλιος φαέθων ἀκτεῖνας ἀνίσχη*. Quod Ruhnkenius quaerebat epitheton, invenit Tourpius, vix ut dubites, quin ipsam poetæ manum assequutus sit: *βλοσυρόν*, Emendd. in Suid. P. III. Vol. II. p. 253. 4. (T. I. p. 481. Lips.) Idem quod coniectat Emendd. Hesych. P. III. Vol. IV. p. 141. *ἀνισχοσύη τε βοός λόφον*, coniectatum esse ante editas Emendationes Suidæ tenendum est. *aureum iubar* esse *βλοσυρόν λόφον* credimus cum Tourpio, etsi non multum ad rem facit *βλοσυρώτατον ὄμμα* leaenæ apud Callimachum, et *βλοσυρόν* idem significare quod *λαμπρόν*, paucorum grammaticorum magis coniectura esse quam certa doctrina videtur: Etymol. M. p. 201, 7. Schol. Apollon. Rh. II. 740. At recentiores poetas reperio, Manethonem et Nonnum, confirmare eum usum. Manethonem II. 6. ubi *αἴγλησι φαεινόμενοι βλοσυρῆσιν ἀστέρεις* opponuntur iis, qui *σελάεσσιν ἀφανροῖς*. Ambigua sunt apud eundem VI. 129. *βλοσυρῆ Κυθήρη*, et ibid. 202. *Μήνη βλοσυρῶπις*. et non ambiguum III. 14. *βλοσυρῶ Ἀέοντι*, qui haud dubie *truculentus* leo est: cf. V. 196. Deinde Nonnus quum saepissime et de multis rebus usurpet *βλοσυρόν*, semel ita usurpavit, ut manifesto *λαμπρόν*, *splendidum*, sive malis, quod fortius, *igneum* significet, utque is locus sive imitationem sive recordationem loci Callimachei haud obscure prodatur. Ut enim Callimachus *βλοσυρόν λόφον-Τιτώ*, ita Non-

nus βλοσυρῆς Ἴουῆς dixit, II. 551. καὶ δύοιν εἰσορόων βλοσυρῆς ἀντώπιον Ἴουῆς. Alter locus est, quem fateor me non satis intelligere, XXVII. 148. καὶ πισύρων ἀνέμων φλογερῆς ἀντώπιον Ἴουῆς, τέτραχα τεμνομένην στρατιήν ἐστῆσατο Βάκχων. Verum hoc satis apparet, gemina esse, sequē illustrare invicem, βλοσυρῆς ἀντώπιον Ἴουῆς et φλογερῆς ἀντώπιον Ἴουῆς. Vocabulo ἀντώπιον saepe, ut solet sua repetere, utitur Nonnus, ut his exemplis, quae prope accedunt ad illa: II. 500. V. 78. XXII. 150. XXIII. 256. (XXVI. 209. XXVII. 18.) XXXIII. 184. (XLII. 422.) Hemistichium hoc, καὶ πισύρων ἀνέμων, est etiam II. 273. et 524. Sunt et alii loci, in quibus βλοσυρόν coniicias *splendidum* esse: quum *currus* dicitur βλοσυρός, Cereris VI. 113. Bacchi XLII. 19. At plerumque ad notionem eam, quae manifesto subest apud Homerum Hesiodumque, *truculenti* revocandus est vocabuli huius usus. Ut quum βλοσυρούς Nonnus dicit leones, pantheras, Titanes, Cyclopes; βλοσυρῆς Πείης I. 20. Σφιγγός βλοσυροῖο XVIII. 244. de Gorgone XXIV. 37. βλοσυρῆ θεός Minerva XXX. 254. βλοσυρῆ Πανόπεια XLIII. 264. et per translationem res alias non animatas: σπινθήρας (XXXII. 123.), manus, ungues, γένηας, pedes, cornu, comas, aures, voces. Eodem fortasse sensu Ioannes Gaz. v. 641. (II. 283.) βλοσυρόν Φθινοπωρίδος ὄμμα. Et Callimacho h. in Cer. 53. βλοσυρώτατον ὄμμα leaenae haud dubie est, ut ibi vertitur, *truculentum*. Atque sic adducor fere, ut ne illis quidem in locis, Manethonis, Nonni ipsiusque Callimachi, *splendoris* notionem, sed magis *vehementiae*, eiusque quod graviter percellit sensus, maxime oculos, tenendam putem. Illud ἀνίσχουσα λόφον Tourpius collato Callimachi Fr. CCCCXXXVIII. de quo ego supra p. 55. sq. et Theocrito XVIII. 57. illustrat. Magis memorabilis fuerit productio ἀνίσχουσα βλ. paullo durior illa in longiore vocabulo, si bene novi artem Callimachi. Exempla habeo, huius quidem quae in vocabulo longiore, pauca, sed idonea: h. in Iov. 16. Apoll. 51. (82.) Cer. 31. et

Ἰῆνα Γλαυκώπιον. Post dactylum, quae aliquanto iucundior ad meum sensum: h. Del. 253. Cer. 101. Fr. CXXXI. 4. et CLXVI. Et tuetur quodammodo nostrum *ἀνίσχουσα*, quem nōnum testem adhibendum ad hoc Fragmentum coniicio, Suidas: *Ἀνίσχων. ἀνατέλλων. καὶ Ἀνίσχουσα, ἀναδύουσα, vel ἀναδύνουσα.* putaverim, ex hoc ipso loco Callimachi. Sed tamen ut dubitem faciunt Lexicon Seg. in Anecd. Bekk. I. p. 405. quod eas glossas sic conceptas exhibet: *Ἀνίσχουσαι ἀναδύουσαι. Ἀνίσχων· ἀνατέλλων.* et Hesychius, qui sic: *Ἀνίσχει· ἀνατέλλει. Ἀνίσχουσαν· ἀναδύουσαν, ἀνατέλλουσαν. Ἀνίσχων· ἀνατέλλων.* Qui retinuit istud vulgatum apud Tzetzen *ἀνίσχουσι*, Boissonadius, quum nihil incogitate facere soleat, fortasse aliquid cogitabat huiusmodi: *interea ascendentibus Bossum collem orta est dies.* ad similitudinem Homeri: *καὶ νῦ κ' ὄδυρομένοισι φάνη ροδοδάκτυλος Ἥως*, et — *ἔδν φάος Ἡελίοιο.* Nonni XX. 25. *Τοῖσι δὲ τερπομένοισιν ἀνέδραμεν Ἑσπερος ἀστήρ, φέγγος ἀναστειλας χοροτερπέος Ἥριγενεΐης.* cf. XXV. 567. XXIX. 525. Non inepte. Sed insolenter dictum *ἀνίσχουσιν ascendentibus.* Et omnino praestat alterum. *Τιτώ* totum Callimacheum: ut qui eam vocem laudant grammatici, Etymologi, qui quidem *ὑποκοριστικόν* esse tradunt a *Τιτανίς*, Suidas, Hesychius in *Τί τιῶ*, et cui prorsus conveniebat cum Etymologis, Choeroboscus Crameri in Anecd. Gr. II. p. 263, 50. (cf. ibid. p. 454, 29.), omnes e Callimacho laudare censendi sint. Unus habet praeter Callimachum, sed a Callimacho haud dubie, Lycophro v. 941. *οὐπὼ τὸ Τιτωῦς λαμπρὸν ἀγάζων φάος*: ubi *λαμπρὸν* respondere Callimacheo *βλοσυρὸν* videtur. *ἔγχετο δ' Ἥως* frequentatum Quinto IV. 75. VII. 1. IX. 1. 67.

Callimacho Ruhnkenius Epp. Tittm. p. 21. tribuit, nos autem non male in Theseum convenire, qui parat abitum, animadvertimus hoc, quod apud Suidam in v. *Πασσαγίην* sine nomine:

εἶλε δὲ πασσαγίην, τόδε δ' ἔννεπε.

Fragm. Blomf. CCCCLXXXVI.

Iam hinc, si quis expetit reliqua, pergendum est ad edita a me anno 1829. capita Hecales posteriora quatuor, VII. VIII. IX. X. In quibus summam rei quod attinget, hoc est, partium carminis dispositionem seriemque narrationis, nihil habeo quod reprehendam; at aucta darem atque amplificata, si iterum edenda essent, non eam ad amplitudinem, quam Cap. VI. habet, sed tamen insigniter: ut monstravi tum hoc novo Capitis VII. initio, tum nuper alibi edito loco de *ominibus*. Item Prolegomena. Verum ut nihil taceam: neque enim est cur taceam, quod nemo factum mirabitur in tali argumento: dum Caput sextum emitto, iam succrevit non contemnenda novarum in Capita priora observationum seges. Sic vereor ne delendum sit, quod Cap. IV. init. *Ἐκαλήν* pagum illustraturus cupide arripueram testimonium, Inscript. Boeckh. N. 27. p. 46. Atque hic mea mihi accusanda negligentia est. Diu est enim quum de ea inscriptione Hermannus sententiam dixit suam, et restituendum esse, quod ex iis ipsis, quae narrat de exemplo Fourmontii Boeckhius, maiorem quam illud probabilitatem habet, *Κεφαλήθεν* coniecit. Eidem displicet in Fragm. CCCCLXXXIV. Cap. IV. p. 524. propositum a me *χείρῃσιν*. Epitheton desiderat. Idque rem suppeditare ipsam, *ἐπικαμπές*: quum etiam in theatro *καμπύλη*, Polluce testante, *γερόντων φόρημα* fuerit. Idem meam in gratiam ad Fragmentum CLXXVIII. editionem Etymologici principem contulit: cui prorsus convenit cum collata a me Cap. V. p. 557. Veneta a. 1549. *Λάκτιν σημαίνει ἡ λέξις σκντάλην. τορύνην. καλλίμαχος. Ἀῦθις ἀπαιτίζουσαν ἔκνον εὐεργέα λάκτιν.* De alia eximia emendatione supra p. 24. relatum est.

Scrib. extremo Julio 1836.

A. F. N.